INSCRIPTIONES GRÆCÆ

INEDITÆ.

AD

AUGUSTUM BOECKHIUM

MISIT

JOANNES LUDOVICUS USSING,

MAG. ART.

HAVNIÆ.

REDEMPTORE C. A. REITZEL.

MDCCCXLVII.

TYPIS EXCUDEBAT BIANCO LUNO.

AUGUSTO BOECKHIO

Salutem.

Quis est antiquæ Græciæ studiosus, qui non sæpe questus sit, tam mancam esse scientiam nostram, ut multarum rerum aut nulla omnino mentio ad nos pervenerit, aut tam obscura quam præter Oedipum nemo intelligat? Etenim in populo versamur temporibus moribusque remoto, cui non solum loquendi et cogitandi, sed etiam habitandi et vivendi ratio diversa fuerit. Quodsi doctrinæ concessum est, ut sermonis, et ingenii antiqui arcana aperiat, terræ tamen coelique naturam moresque hominum inde ortos, nisi qui Græciam Italiamve viderit, neminem arbitror prorsus intelligere. Hoc autem coelo, his hominibus, his moribus qui aliquamdiu usus erit, reliquias antiquorum templorum habitationum supellectilis qui spectaverit, ingens subito spatium se confecisse sentiet, neque plus inter Græcos et nos, quam inter homines et homines interesse putabit. Quid si inscripta marmora perscrutatus erit, si leges antiquas iisdem tabulis incisas legerit, quibus ipsi legerunt Græci et Romani; si honores et adulationes statuarum fundamentis inscriptas, si

7829

INSCRIPTIONES GRÆCÆ

INEDITÆ.

AD

AUGUSTUM BOECKHIUM

MISIT

JOANNES LUDOVICUS USSING,

MAG. ART.

HAVNIÆ.

REDEMPTORE C. A. REITZEL.

MDCCCXLVII.

rationes quæstorum, si catalogos senatorum aut tironum perlustraverit; si sepulcrorum titulos perlegens, æque remotos esse reputaverit qui ante duo milia annorum et qui heri defunctus sit; si tot locis recentia vitæ ipsius vestigia impressa consideraverit, si Pompejis in parietibus ædium quos quisque proximis comitiis magistratus creari optaverit, si Antipari in spelunca qui illum locum visitaverint, si in vasis antiquis quos quisque pueros et puellas formosos habuerit, innumerosque eiusmodi lusus viderit: nonne omnis temporis oblitus quasi cum præsentibus agere et conversari videbitur? Quamquam sunt qui hæc minuta studioque omnino indigna putent; qui nunquam intellexisse videntur, *parvis quoque rebus magna iuvari,* nunquam sensisse videntur, amantibus nihil esse minutum; nos autem, qui hoc studium professi sumus, antiquitatis haberi amatores non pudet, immo puderet, si eam minus amaremus.

Itaque quum Regis nostri augustissimi munificentia mihi contigisset, ut Græciam viderem, inscriptiones antiquas quotquot mihi in manus venissent quæ nondum editæ essent, describere constitui. Nec quærentem spes fefellit. Nam et Athenis dum versor, nova quædam inventa sunt, et in Thessalia multa vidi pridem effossa sed nondum nota. Hanc enim Græciæ partem quum minus quam ceteras cognitam esse intellexissem, quantum fieri posset pervestigandam arbitratus, mense Iunio 1846 peragravi. Cuius itineris descriptionem iam patrio sermone editam, brevi in Germanicum conversam dabo; inscriptionum autem antiquarum quum haud exiguam copiam invenissem, Tibi, Vir Summe, mittendam duxi. Ac fatendum tamen, me tempore præclusum nonnulla huius generis monumenta aliis reliquisse. Nam catalogos libertorum quum multos descripsissem, aliquot omisi, quorum insignis pulcritudinis est qui *Alifagæ* ad Peneum extat. Magis doleo quod *Triccæ* duas

nscriptiones, quæ in parietibus templorum *τῆς Φανερωμένης* et *τοῦ ἁγίου Δημητρίου* extant, non descripsi; monumenta videbam omnium oculis exposita, in urbe Thessaliæ prope maxima, quam vel Leakius, diligentissimus ille investigator, sæpius inviserat, nec viros doctos ea fugisse putabam; utinam ne eos fugiant, qui post venient!

Consideranti mihi, quonam modo hæc commodius publici iuris fierent, Tibine mitterem et Franzio, ut in Addendis Corporis Inscriptionum ederentur, an aliorum exempla secutus separato libello publicarem, hoc prætuli, non quod moræ impatiens quam primum viris doctis hæc nota esse cuperem, sed quia referre aliquid intelligebam, ut ab eodem qui ipsa monumenta vidisset et descripsisset, publico traderentur. Quin huius generis libelli quamvis omnes in Corpus Inscriptionum ut rivi in oceanum conferant, tamen non ab iis solis legi videbam, qui ipsum Corpus perlegissent. Multos vidi magna illa mole deterritos minoribus rebus magis gaudere, nonnullos etiam antiqua diuque cognita spernentes, nova et inedita cupide amplectentes, ea præsertim in re, quæ primo aspectu horrida et hispida videatur, nec nisi prima ista egressis fructus polliceatur. Quare quum hoc quoque libello fieri posse sperarem, ut adolescentium studia ad has res excitarentur, ut hoc quasi tirocinio facto maiora deinceps auderent, opus aggressus sum arduum sane ac difficile, ut inscriptiones ederem et interpretarer. Nec me fugiebat, summæ doctrinæ summique ingenii rem esse. Te quotiens admiratus eram, vel ingenii felicitate deficientia restituentem, vel ubertate doctrinæ cui nulla antiquitatis pars ignota esset, obscura interpretantem! Verum discipulorum esse putabam, ut magistros æmularentur, nec suam gloriam secuti, nec si multo infra secundos subsisterent, solliciti, sed si quid ipsa res proficeret contenti; promoventur autem omnes res, quo magis variis oculis considerantur, variis studiis tractantur.

Tibi, Vir Summe, gratiæ referendæ causa hunc libellum mittimus. Neglectum enim et incultum hoc studium jacebat, quum triginta abhinc annos Tu Oeconomia Civitatis Atheniensium edita, illustri exemplo, quale adiumentum in his monumentis inesset, et qua ratione tractanda essent, docuisti. Mox Corpore Inscriptionum collecta omnia et disposita sunt, viaque munita est qua ad uberrimos illos fontes aditus pateret. Te igitur iure huius artis conditorem appellamus; Tuum est si quid in hac re novimus, ad Te redeant oportet, si quæ nova afferre possumus. Quem porro nobis potius libelli lectorem operæque iudicem optemus? Tu profecto non miraberis, si thesauros quærentem ipse fodiendi labor delectat; Tu si vires parum sufficient, si per tenebras vagantes a vero aberrabimus, ut qui molestias itineris ipse expertus sis, æquo animo feres.

Annus iam est, quum e Græcia rediens Berolini commoratus sum. Ea erat insignis Tua humanitas, ut nihil antiquius haberem, quam ut hoc opusculo sine mora emisso, debitas Tibi gratias persolverem; sed in patriam reversum varia me negotia distinuerunt, ut aliquanto serius, quam cupiebam, ad Te perveniat libellus longa sane expectatione indignus. Tu vero benigno animo primitias studiorum meorum accipias precor!

Havniæ, Septbr. 1847.

J. L. Ussing.

Insunt

Corrigenda et Addenda.

Pag. 4, vers. 8 ab imo *δεδόχται*, scribendum *δεδόχθαι*. Pag. 5, vs. 10 ipsa, scrib. ipse; mox prætor sunt, scrib. sunt prætor. Ibid. vs. 28 *θρεψ'*; not vs. 4. Rhenano.

Pag. 6 in commentario vs. 2 add. *Δωρίμαχος* est etiam in Theræa inscriptione C. I. 2458.

Pag. 7 ad vs 4 quod *ὡς* ubi significare dixi, Madvigius Latinorum usum me monuit comparari posse, ut pro ubi ponentium, v. Catul. 11, 3. litus ut longa resonante Eoa tunditur unda. 17, 10 totius ut lacus putidæque paludis lividissima maximeque est profunda vorago.

Pag. 8, v. 23 unam, scrib. unum. Pag. 9, v. 30 Teus, scrib. Teos.

Pag. 10, v. 5. 4—9. scrib. 4—12. Ibidem ad vs. 17 conf. infra p. 25.

Pag. 13 in commentario vs. 2 scribendum erat: *Ἀπό τινος* libertus dicitur in hac inscriptione tribusque quæ sequuntur, et in Hypatæis; in ceteris etc.

Pag. 15, v. 5 add. *Σωσύβιος* in Hypatæa inscr. *Ἐφημ. Ἀρχαιολ.* 195, Curt. Inscr. Attic. XII, p. 32.

Pag. 16, v. 45 ab imo *Ἀγάθωνος*, v. 4 *ο)ῦ*. Pag. 19, v. 2 *μητροπόλεως*.

Pag. 20 in commentario vs. 1. add. *Κύδιος, Νίκιος, Ἀρίστιος* in numis Cyrenaicis pro *Κυδίας, Νικίας, Ἀριστέας*; quamquam Cavedoni (Osservazioni sopra le monete di Cirenaica, p. 46) genitivos esse putat, quasi nominativi *Κυδις, Νικις, Ἀριστις* unquam auditi sint, ac non alii quoque nominativi inveniantur in numis Cyrenaicis, ut *Πόπλιος, Καρινος*, atque ipse *Κυδίας*, vid. Mionet Supplement. IX, p. 183, n. 15. Cf. etiam *Ἕρμαος* infra p. 34.

Pag. 25, v. 13. nituntur. Pag. 33, v. 10 ab imo quod, scrib. qui. Pag. 40, n. 50 *Ἀντικράτεια*. Pag. 47 textus v. 28 *πομπῆς*, item pag. 50, v. 11. Pag. 49, v. 4 ab imo *πομπὴν*. Pag. 49, v. 6 ab imo qui — videntur, scrib. quum — videantur.

Pag. 50, v. 8. add. Nomothetas quidem non tribules, sed pagani elegisse dicuntur apud Andocidem Myst. 84: *οἱ νομοθέται οἱ πενταχόσιοι οὓς οἱ δημόται εἵλοντο*.

I.

Inscriptiones Thessalicæ.



1.

Principium faciat parva ara marmorea, Triccæ ante paucos annos inventa, hodieque in ædibus Græci cuiusdam divitis, *Δημητράκι* nomine, servata. Frontem monumenti octo fere pollices alti supra adumbravimus; in sinistro latere rosa, in dextro bucranium sculptum spectatur, tergum nudum est.

Inscripta verba *Κλεοπάτρα Ἀσσκλάπωνο(ς) Δήμητρι καὶ Μουνογόνῃ* ostendunt, donarium esse Cereri et Proserpinæ dedicatum a Cleopatra quadam Asclaponis filia. Patris nomen

.ΙΣΣΤΑΤΗΡΑΣΔΕΚΑΚΑΙΕΙΣΤΑΝΘΥΣΙΑΝΤΩΝΣΩΤΗΡΙΩΝΣΤΑΤΗΡΑΣΓΕΝΤΕ
.ΑΙΝΥΝΛΑΝΒΑΝΟΝΤΩΚΑΙΤΑΛΟΙΓΑΕΓΙΜΕΛΕΣΘΩΑΓΟΛΙΣΤΩΝΜΕΛΙΤΑ
ΕΩΝΤΩΝΚΟΙΝΩΝΕΜΓΗΡΕΟΙΣΚΑΘΩΣΚΑΙΤΟΓΡΟΤΕΡΟΝΝΟΜΟΙΣΔΕΧΡΗΣ
ΘΩΝΓΗΡΕΙΣΤΟΙΣΑΥΤΟΙΣΚΑΙΜΕΛΙΤΑΕΙΣΤΑΣΔΕΕΝΑΓΟΡΑΝΟΜΟΙΣΔΙΚΑΣΓΙΝΟΜΕ
ΝΑΣΓΗΡΕΟΙΣΓΟΤΙΓΗΡΕΙΣΚΑΤΑΤΕΤΡΑΜΗΝΟΝΔΙΚΑΙΟΝΤΩΕΜΓΗΡΕΟΙΣΟΙΕΓΜΕ
ΛΙΤΕΙΑΣΑΓΟΡΑΝΟΜΟΙΑΝΑΓΡΑΦΗΤΩΔΕΤΑΥΤΑΕΝΣΤΑΛΑΣΕΝΤΕΜΕΛΙΤΕΙΑΙ
ΚΑΙΕΝΔΕΛΦΟΙΣΚΑΙΕΝΚΑΛΥΔΩΝΙΚΑΙΕΝΘΕΡΜΩΙΜΑΡΤΥΡΕΣΤΟΣΥΝΕΔΡΙΟΝΑ...
.ΩΝΤΟΕΓΙΓΡΑΜΜΑΤΕΟΣΛΥΚΟΥΚΑΙΟΙΓΡΟΣΣΤΑΤΑΙΤΟΥΣΥΝΕΔΡΙΟΥ...
.ΛΑΟΣΣΓΑΤΤΙΟΣΔΥΣΩΓΟΣΑΓΟΛΛΩΝΙΕΥΣΚΑΙΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥ....
ΧΟΣΕΡΥΘΡΑΙΟΣΚΑΙΟΙΓΓΑΡΧΑΣΑΛΕΞΩΝΕΡΜΑΤΤΙΟΣΓΑΝΤΑΛΕ....
ΤΑΛΟΥΓΛΕΥΡΩΝΙΟΣΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥΝΑΥΓΑΚΤΙΟΣ
ΔΑΜΟΞΕΝΟΣΘΕΟΔΩΡΟΥΗΡΑΚΛΕΩΤΑΣ.

Μελιταιέοις καὶ Πηρέοις ἔκριναν οἱ ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν αἱρεθέντες δικασταί, Δωρίμαχος Πολεμαῖος Ἀργεῖος Καλυδώνιοι, αὐτῶν ἐπιχωρησάντων ἐξ ὁμολόγων· Ὅρια μὲν εἶμεν τᾶς χώρας Μελιταιέοις καὶ Πηρέοις ὡς ὁ Ἀκμεὺς ἐμβάλλει ἐν τὸν Εὔρωπον , καὶ ἀπὸ τοῦ Ἀκμέος ἐν τὰν παγὰν τοῦ Γαλαίου, καὶ ἀπὸ τοῦ Γαλαίου ἐν τὰν Κολωνάν, καὶ ἀπὸ τᾶς Κολωνᾶς ἐπὶ τὸ Ἑρμαῖον ἐπὶ τὰ Εὐρύνια, καὶ ἀπὸ τῶν Εὐρυνίων κατὰ τῶν ἄκρων, ὡς ὕδωρ ῥεῖ ἐν τὸν Εὔρωπον ἐκ τοῦ Εὐρωποῦ, ἐν τὸν Ἐλιπῆ, ἀπὸ τοῦ Ἐλιπέος ἐν τὸ νέμος τὸ ἄγον ἐν τὰν Ἄμ(πελον· ἀπὸ τᾶς Ἀμπέλου κατὰ τῶν ἄκρων ἐπὶ τὸ Ὕπατον, ἀπ(ὸ τοῦ Ὑπάτου ἐν τὸν Κερκινῆ, ἀπὸ τοῦ Κερκινέος ἐν τὰν Μύνιν, ἀπὸ τᾶς Μύνιος ἐν τὸν Εὔρωπόν, τοῦ Σκαπεταίο(υ καὶ τοῦ Εὐρωποῦ ἐν τὰν συμβολάν Τὰν δὲ δαμοσίαν χώραν, τούς τε Κυράνδας καὶ τὰν Φυλιαδόνα, μὴ ἀποδόσθων Μ(ελιταεῖς, ὥστε πατρῴαν ἔχειν τὸν πριάμενον, πολιτευόντω(ν Πη)ρέων μετὰ Μελιταιέων, ἀλλὰ κατ' ἄνπαλον μισθούντω, κ(αθὼς καὶ τὸ πρότερον. Εἰ δὲ κα ἀποπολιτεύωνται Πηρεῖς ἀπὸ Με(λιταέων, περὶ μεν τᾶς χώρας, ὅροις χρήσθων τοῖς γεγραμμένοις, (λαχόντες ἀποπορευέσθων βουλευτὰν ἕνα, καὶ τὰ δάνεια συναποτινόντω, ὅσα κα ἁ πόλις ὀφείλῃ, κατὰ τὸ ἐπιβάλλον μέρος τ)οῦ βουλευτᾶ, καὶ ἐμφερόντω τὰ ἐ(ν) τοὺς Αἰτωλοὺς γινόμενα κατὰ τὸν βουλευτάν. Ἀποδόντων δὲ οἱ Πηρεῖς τὰς δεκάτας τὰς γινομένας τοῖς δανεισταῖς, ἃς ὀφείλοντι ἐτέων τριῶν, ἀναβολὰν λαβόντες ἔτη τρία. Ὅσα δὲ καὶ πρότερον ἐλάμβανον ο(ἱ Πηρεῖς πὰρ τᾶς πόλιος κατ' ἐνιαυτόν, τοῖς τε ἀρχόντοις ἀργυρίου μνᾶς τρεῖς, καὶ κάρυκι στατῆρας δέκα, καὶ εἰς τὸ ἔλαιον τοῖς νεανί-

*α)ις στατῆρας δέκα, καὶ εἰς τὰν θυσίαν τῶν σωτηρίων στατῆρας πεντε,
κ)αὶ νῦν λανβανόντω, καὶ τὰ λοιπὰ ἐπιμελέσθω ἁ πόλις τῶν Μελιτα-
έων τῶν κοινῶν ἐμ Πηρέοις καθὼς καὶ τὸ πρότερον. Νόμοις δέ χρήσ-
θων Πηρεῖς τοῖς αὐτοῖς καὶ Μελιταεῖς, τὰς δὲ ἐν ἀγορανόμοις δίκας γινομέ-
νας Πηρέοις πότι Πηρεῖς, κατὰ τετράμηνον δικαζόντω ἐμ Πηρέοις οἱ ἐγ Με-
λιτείας ἀγοράνομοι. Ἀναγραφήτω δε ταῦτα ἐν στάλας ἐν τε Μελιτείᾳ
καὶ ἐν Δελφοῖς καὶ ἐν Καλυδῶνι καὶ ἐν Θέρμῳ. Μάρτυρες τὸ συνέδριον Α(ἰτω-
λ)ῶν τὸ ἐπὶ γραμματέος Λύκου καὶ οἱ προσστάται τοῦ συνεδρίου, (Ἑρμ-?
ό)λαος Σπάττιος, Λύσωπος Ἀπολλωνιεὺς, καὶ ὁ γραμματεὺ(ς Ἔπο-?
χος Ἐρυθραῖος, καὶ ὁ ἱππάρχας Ἀλέξων Ἑρμάττιος, Πανταλέ(ων Ἀτ-?
τάλου Πλευρώνιος, Νικόστρατος Νικοστράτου Ναυπάκτιος,
Δαμόξενος Θεοδώρου Ἡρακλεώτας.*

Quum miram huius monumenti integritatem admiremur, tam plus etiam fructibus iis lætamur, qui inde vel historiæ vel geographiæ antiquæ redundant. Cognitionem enim videmus, quam fecerunt Ætoli, quum eos arbitros sumpsissent Melitæenses et Perenses, duo Thessaliæ populi et vicini et civitatis communione coniuncti. Fines primum utriusque populi constituunt, et de agro quodam publico, ne eum privatum reddere liceat. Tum præcipiunt, quid faciendum sit, si forte civitatis communionem solverint: ut finibus utantur iam constitutis, ut Perenses unam in senatu Ætolorum sententiam habeant, ærisque alieni communiter contracti ratam portionem solvant. Deinde decernitur, ut Perenses decumas quasdam creditoribus debitas solvant, Melitæenses autem eosdem atque antea sumptus magistratuum et sacrorum causa Perensibus præbeant, statisque temporibus in Perensibus ius dicant; postremo arbitrium hoc tabulis inscribendum; testesque subscribuntur.

Primum igitur si Ætolorum foedus hinc aliquid lucis accepit, non parvi habendum est; nam quum Atheniensium res publica, permultis scriptorum monumentis illustrata, prope omnis nobis ob oculos proposita sit, quum Lacedæmoniorum non ignota sit, Ætolorum contra, Achæorum ceterarumque gentium fere bellicas tantum res compertas habemus, de civilibus rebus et de interna rerum publicarum constitutione parum edocti sumus. Simili autem ratione hæc in omnibus instituta videntur, ita ut summa decernendi potestas penes populum, consilium et administratio penes senatum. imperium penes magistratus fuerit. Ut igitur in Orchomeniorum legibus extat: *δεδόχται τοῖς συνέδροις καὶ τῷ δάμῳ* (Keil Sylloge Inscriptionum Boeoticarum n. 4, b.), ut in Acræphiensium *σύνοδος καὶ συνέδριον* (ibid. n. 31), ut Achæi Ægium, ut Acarnanum omnes populi Leucadem in concilium conveniebant (Liv. XXXIII, 16. 17), ita Ætolorum populi quotannis circa æquinoctium auctumnale conveniebant, poteratque prætor, quando opus erat, extra ordinem concilium advocare (Liv. XXXI, 32). Hoc est Panætolicum concilium s. *ἡ κοινὴ τῶν Αἰτωλῶν σύνοδος* (Polyb. IV, 5). Senatui nomen erat *συνέδριον* (Polyb. XXII, 15. Corp. Inscr. n. 2352.). Eo delecti ex omnibus populis senatores mittebantur, *βουλευταί*, qualem unum ex hac inscriptione videmus Perenses

misisse; Melitæenses quot miserint, ignoramus, sed plures fuisse patet, quum maior urbs fuerit. Neque magis universi quot fuerint senatores novimus; sed iidem ἀπόκλητοι fuisse videntur — „ita vocant sanctius concilium; ex delectis constat viris" ait Liv. XXXV, 34 — quos plus quam triginta fuisse ex Polybio (XX, 1) apparet. Annuo eos munere functos esse, si non sponte sua constaret, nos doceret inscriptio Corporis n. 3046, ubi commemorantur οἱ σύνεδροι οἱ ἀεὶ ἔναρχοι. Senatus præsides s. προστάτας, qui in nostro lapide nominantur, cum prytanibus Atheniensium comparaverim; septem enumerantur, inter quos magister equitum et scriba; prætor quod non nominatur, fortasse belli causa absens fuit; neque enim dubitari potest quin summus magistratus consilii particeps fuerit, quamquam Livius (XXXV, 25) ita tradit „comparatum apud Ætolos esse, ne prætor quum de bello consuluisset, ipsa sententiam diceret. — Magistratus Ætolorum prætor sunt et magister equitum, ut Achæorum et Epirotarum (Liv. XXXII, 10); præter hos scriba publicus, ὁ δημόσιος γραμματεύς, qui una cum illis eorum numero eximitur qui obsides fieri possint (Liv. XXXVIII, 11; Polyb. XXII, 15, 10). Hunc puta in nostra inscriptione Lycum esse, eponymum anni magistratum, ut est v. 33: τὸ συνέδριον τὸ ἐπὶ γραμματέος Λύκου, qui in numero τῶν προστατῶν non est, quum alter inter προστάτας scriba nominetur, incerto nomine, fortasse Ἔποχος. Duo ergo scribæ sunt, ut Athenis alter a populo, alter a senatu electus (Poll. VIII, 98).

Quod ad geographiam antiquam attinet, primum Melitææ situs hinc constat, quam Leakius (Northern Greece IV, p. 470) male ad Keuzlar fuisse putat, Kiepertius vero, ratione nescio an felici quadam divinatione inductus, suo fere loco posuit. Melitææ enim hunc lapidem positum fuisse, in ipso legimus v. 31, hodieque prope moenia antiqua magni sane ambitus in monasterio Avarissæ extat. Lamia in Thessaliam proficiscenti per confragosa Othryos loca hodie una via est per Thaumacos, eandemque antiquo tempore præcipuam fuisse, ex Livio (XXXII, 4) videmus; possis tamen etiam paullo magis orientem versus per Melitæam iter facere, id quod Brasidas fecit, qui ab Heraclea Trachinia Pharsalum tendens Melitæam venit (Thucyd. IV, 78), inde sine dubio per Enipei vallem descensurus. Urbis nomen Μελιτία scribitur apud Thucydidem, Μελιταία apud Dicæarchum (p. 21 Hudson.), in hac inscriptione Μελιτεία et Μελιταία.

Minus notus est alter populus, Perenses, Πηρεῖς. Postquam enim apud Homerum in Iliad. II, 766 de Eumeli Pheræi equis τὰς ἐν Πηρείῃ θρέψ᾽ ἀργυρότοξος Ἀπόλλων legimus, apud Stephanum demum Byzantinum iterum occurrit Πηρεία Θεσσαλίας χωρίον, τὸ ἐθνικὸν Πηρεύς. Hesychii (II, p. 957) glossa est: Πηρία Ἀσπένδιοι τὴν χώραν τοῦ ἀγροῦ· Πηρία πόλις ἐν Θεσσαλίᾳ; qui quod Aspendios ita rus appellare ait, forsitan primariam vocis significationem nobis servaverit*). Utut est, parvus fuit populus, nec urbem habitarunt, sed vicum, κώμην; nam in hac

*) Nam quum apud Æoles Doresque ι interdum in η pro vulgari ει producatur (v. Ahrens de dial. I, p. 92, II, p. 159), non incredibile videtur, a πέραν producta priore syllaba tam Πηρίαν derivatam esse, quam Πειραίαν, quæ est regio Cariæ adversum Rhodum, et Πειραιέα, Athenarum portum, et Πειραιόν, qui portus est inter Cenchreas et Epidaurum, quem quod Curtius in Museo Rhenao 1846 p. 202 cum montibus a septentrione Isthmi, ubi hodie Περαχώρα vicus, confuderit, vehementer miror.

inscriptione Melitæa simpliciter ἁ πόλις dicitur v. 19 et 24. Nec ubi habitaverint, definiri posse videtur, licet fines utriusque populi accuratissime enumerentur; nam nomina sunt prorsus ignota.

Achæos fuisse Melitææ incolas, Thucydides et Dicæarchus consentiunt; nec iniuria Achaicam dixeris huius inscriptionis dialectum. Ætolorum eandem fuisse, alterum docet Ætolorum decretum Ceæ inventum (Corp. Insc. n. 2350), lateque illis temporibus per Græciam, maxime septentrionalem, sparsa erat. Æolicam dialectum dicimus antiquos secuti auctores, ut Strabonem (VIII, 1, p. 137 Tauchn.), quamquam Ahrens in præstantissimo opere de dialectis linguæ Græcæ, neque ad Æolismum sincerum, neque ad Dorismum referre ausus, primo libro Pseudo-Æolicam, altero mitiorem Doridem appellavit. Multa habet Latinorum sermoni similia, velut metaplasticam nominum declinationem, usum præpositionis ἐν, imperativorum tertiam personam pluralis in ω exeuntem. Tempus autem si quærimus huius arbitrii, sub finem tertii a Chr. n. sæculi factum putaverim, a quo tempore nec scripturæ forma abhorret, nec æris alieni mentio, quod ingens tunc sibi contraxisse Ætolos, Polybius auctor est (XIII, 1).

V. 1—3. *Melitæensibus et Perensibus iudicarunt arbitri ab Ætolibus electi, Dorimachus Ptolemæus Argius Calydonii, ipsis consensu permittentibus.*

1. Notanda est forma grammatica *Μελιταιέοις* et *Πηρέοις*, quorum nominativi sunt *Μελιταεῖς* (v. 14) et *Πηρεῖς* (v. 16. 21. 29.). Æolicum illum metaplasmum videmus, quo in obliquis casibus nomina tertiæ declinationis in faciliores secundæ declinationis formas transeunt, ut ne Græcis quidem auctoribus destituantur Romani, quod Græcorum nominum in ευς exeuntium nominativum et accusativum tertiæ, obliquos casus secundæ declinationis faciunt. Eiusdem generis *Λαμιέος* est in inscr. Delphica apud Curtium Anecdot. Delphic. n. 43, v. 3; quin etiam *ἀσινέοις* ibid. n. 3, v. 15. De similibus metaplasmi generibus conf. not. ad v. 24 et ad n. 4 A, 47.

2. *Δωρίμαχος* scriptum est pro vulgari *Δορίμαχος* (Polyb. XIII, 1) producta prima vocali non ut Jones faciunt in *ου*, sed ut Dores Æolesque in *ω*. Ut enim *κῶρος, ὠρανός, ὦρος, μῶνος, δῶλος* dicitur (v. Ahrens de dial. I, p. 93, II, p. 161 seqq.) ita *δῶρος* pro *δοῦρος*. Cf. *Πώταλα* et *Ποντάλα* infra n. 22. — *Πολεμαῖος* pro *Πτολεμαῖος* etiam infra est in Thaumacensi monumento n. 16, v. 7 et 16. Cf. Jamblich. vit. Pythag. extr.

3. *Ἐπιχωρησάντων* i. e. *συγχωρησάντων* vel *ἐπιτρεψάντων*, ut explicatione utar schol. Soph. Antig. 219. — *Ἐξ ὁμολόγων* i. e. *ex communi consensu.* Novum est, quod plurali numero dicitur, nam *ἐξ ὁμολόγου* extat apud Polyb. I, 87, 9 et sæpius.

V. 3—12. *Fines esse terræ Melitæensibus et Perensibus ut Acmeus in Europum influit, et ab Acmeo ad fontem Galæi, et a Galæo Colonam, et Colona ad Hermæum ad Eurynia, et ab Euryniis secundum iugum montis, ut aqua in Europum et in contrariam partem fluit, ad Elipea, ab Elipeo ad nemus quod ad Ampelum ducit, ab Ampelo secundum iugum montis ad Hypatum, ab Hypato ad Cercinea, a Cercineo Mynin, Myni ad Europum ad confluentes Europum et Scapetæum.*

Fines constituuntur ab Acmeo et Europo confluentibus ambitu quodam plerumque, opinor, iuga montium sequentes usque ad confluentes Europum et Scapetæum. Europum apparet maiorem fluvium esse ceteros omnes in se excipientem, sed neque unum ex omnibus his nominibus, nec Perenses qua regione quærendi sint, novimus. Si quem coniecturæ delectent, suspicari possit, Ἐλιπέα esse Ἐνιπέα, Europum autem, quia ceteris maior sit, Apidanum esse.

3. *Εἶμεν* i. e. *εἶναι*. — 4. *Ὡς* hoc loco *ubi* significare videtur. — *Ἐν* in hac dialecto prorsus ut Latinorum *in* etiam de motu usurpatur et cum accusativo iungitur. *Ἔθος Δωριεῦσιν*, ait Eustathius ad Odys. σ, 105, *ὡς καὶ ἐν τοῖς τοῦ Πινδάρου φαίνεται, συντάσσειν ἔστιν ὅτε τὴν ἐν πρόθεσιν μετὰ αἰτιατικῆς*. Recte vero Ahrens (de dialectis I, p. 236 sq., cf. p. 213 et II, p. 359) non Doricum morem esse, sed Boeoticum et omnino Græciæ septentrionalis contendit. Pindari extat initium dithyrambi (Boeckh. fr. 3): *Δεῦτ' ἐν χόρον Ὀλύμπιοι*; ingentem exemplorum copiam inscriptiones suppeditant, Ætolicæ, ut hæc nostra et Corp. Inscr. n. 2350, v. 6 *ἐν Αἰτωλίαν*, 9 *ἐν Κέω*, Amphictyonica C. I. n. 1688, v. 5 *ἐν δύνασιν*, 40 *ἔντε*, Boeoticæ C. I. n. 1569, c, 4 *ἐν τὰν προβασίαν*, 6 *ἐν τὸν ἀετόν*, 15 *ἐν τὸ μέσον*, n. 1571, v. 13. *ἐν τὸν θησαυρόν*, Crannonia ap. Leak. North. Greece III, n. 149, v. 10 *ἐν τὸ Ἀσκλαπιεῖον*, 37 *ψάφισμα ὀνγράψει ἐν κίονα λίθινον*, Lamiensis Ἐφημερ. Ἀρχαιολ. n. 74, Curt. Anecd. Delph. n. 4, v. 2 *οἱ δεδοκότες ἐν τὰν πόλιν*, Thaumacenses *ἐν τὸν ἅπαντα χρόνον*, vid. infr. 16.

5. *Κολωνά* vicus quidam videtur. — 6. *Ἐπί* legimus ante Hermæum et Eurynia et mox ante Hypatum, non *ἐν* ut in ceteris qui rivi et vici sunt. Discrimen aliquod indicetur, necesse est; nescio an non intraverit in hæc loca confinii linea, ut *ἐν τὰν Κολωνάν* et *ἐπὶ τὸ Ἑρμαῖον* simili ratione differant, atque Latinis *Capuam* et *ad Capuam proficisci*. — Offendit duplex loci indicatio *ἐπὶ τὸ Ἑρμαῖον ἐπὶ τὰ Εὐρύνια*, ac suspicari possis, omissa esse *ἀπὸ τοῦ Ἑρμαίου*.

7. *ὡς ὕδωρ ῥεῖ ἐν τὸν Εὔρωπὸν ἐκ τοῦ Εὐρωποῦ*, explicationis causa hæc verbis *κατὰ τῶν ἄκρων* addita arbitror, id scilicet significari iugum, unde ex altera parte aqua omnis in Europum versum defluit, ex altera in alium quendam fluvium. *Ἐν τὸν Εὐρωπὸν ἐκ τοῦ Εὐρωποῦ* oppositionis causa per asyndeton componuntur, ut *ἄνω κάτω* et similia. Ne confinium hoc loco ad Europum accessisse, et ab Europo ad Elipea ductum putemus, præpositio prohibet, nam est *ἐκ*, non *ἀπό*.

8. Ab Elipeo non super iugum ducitur confinium, sed per convallem aut fauces usque ad Ampelum pertinentes. Nam *νέμος* est illud quidem, ut ait Eustathius ad Iliad. λ, 480, *τόπος δασύς, ἐπιτήδειος εἰς νομήν*, nec tamen nisi valles arboribus aquisque abundantes *νέμεα* dicuntur; tale est apud Homerum l. l., tale apud Sophoclem Ai. 413 *πάραλα τ' ἄντρα καὶ νέμος ἐπάκτιον*; tale Dianæ nemus in valle Aricina, tale „nemus Hæmoniæ, prærupta quod undique claudit silva", quod „vocant Tempe" (Ovid. Metam. I, 568).

9. *Ἄμπελος* vicus videtur. Inde iterum iuga sequimur usque ad *Ὕπατον*, sive vicus sive alius locus est; nam in promptu erat de summo montis cacumine cogitare, nisi offenderet præpositio *κατά*, pro quo in ascendendo *ἀνὰ* expectabatur. — Cercineus rivus, Mynis vicus videtur, quia ille masculini, hæc feminini generis est.

V. 12—16. *Sed agrum publicum, Carandas et Phyliadona ne vendunto Melitæenses, ut pro mancipio habeat emptor, quamdiu civitatis communio erit inter Perenses et Melitæenses, sed licitatione locanto ut antea.*

Duo qui nominantur agri publici, eius videntur regionis esse, quæ Melitæensium an Perensium esset, dubitabatur; Melitæensibus eos adiudicant arbitri, ita tamen ut publici maneant, quos etiam Perenses quoties licitando vicerint, emant.

14. *Μελιταεῖς* scribuntur et *Μελιταιεῖς*, ut *Νυσαεῖς*, *Ἡραεῖς*, *Φωκαεῖς*, *Πειραεῖς*, ut *Πλαταϊκὸς* et *Πλαταιικὸς*, quum *αι* ante *ι* et *ει* facillime in *α* transeat, v. Lobeck ad Phrynich. p. 41. — *πατρῷαν* i. e. hereditate a patri acceptum, quo domino licet pro arbitrio uti.

15. *κατ' ἄνπαλον, ad licitationem* interpretor. Substantivum esse puto *τὸν ἀνάπαλον* ab *ἀναπάλλω* derivatum — unde *ἀνάπαλσιν* alio quodam significatu dixit Aristoteles de Mundo IV, 29 — auctionemque significare, qua pretium semper quasi sursum iactetur. — Quod autem *ἄνπαλον* scriptum est pro *ἄμπαλον*, v. 27 extat *λανβανόντω*, quum v. 23 sit *ἐλάμβανον*. — *μισθούντω*. De hac imperativi forma in Doricis inscriptionibus non rara v. Ahrens de dialectis II, p. 296. In hac nostra est *συναποπωνόντω* v. 19, *ἐμφερόντω* 20, *λανβανόντω* 27, *δικαζόντω* 30, sed *ἀποδόντων* 21.

V. 16—21. *Si vero Perenses civitatis cum Melitæensibus communionem dissolvent, de agro finibus utuntor supra scriptis; discedunto autem unum nacti senatorem, æsque alienum quodcunque urbs debebit, una solvunto pro rata portione senatoris, et tributa Ætolis facienda secundum senatorem conferunto.*

16. *κὰ* i. e. *ἄν*. — 17. *λα)χόντες*. Desideratur post hoc vocabulum *δὲ*, quod priori *μὲν* respondeat. — 18 *βουλευταὶ* senatores sunt in concilium Ætolorum missi. Ut autem quæque civitas pro ratione magnitudinis unam aut plures senatores mittebat, ita pro senatorum numero ratam æris alieni partem, ratumque Ætolorum foederi tributum pendere debebat. — *ὀφείλη* sine iota subscribendo, forma in Doricis inscriptionibus haud rara v. Ahrens de dial. II, p. 293 sq., ut hic quidem multo ante Strabonis ætatem (XIV, 1, p. 188 Tauchn.) *ι* non pronuntiatum fuerit. — *ἐν* legendum est ut v. 4, non *ἐς*, quod in hac dialecto *εἰς* est, vid. v. 25.

V. 21—23. *Perenses autem decumas reddunto creditoribus, quas debent trium annorum, dilationem triennii assecuti.*

Decumas quasdam creditoribus oppignoratas iam per triennium non solvisse videntur; has nunc decernitur ut intra alterum triennium reddant Perenses.

V. 23—28. *Quæ antea accipiebant Perenses ab urbe in singulos annos, magistratibus argenti minas III, præconi stateras X, in oleum adolescentibus stateras X, in sacra pro salute reipublicæ facienda stateras V, eadem nunc accipiunto, et in ceteris urbs Melitæensium publicas curato in Perensibus res, ut antea.*

Modicos sane sumptus Perensibus urbani subministrant, magnaque nescesse est illo tempore rerum omnium vilitas fuerit; nam stateres qui commemorantur didrachma Æginetica

intelligenda videntur, ut in Delphico monumento C. I. 1690, vid. Boeckh. Metrolog. Quæstion. p. 81.

24. ἀρχόντοις. Hoc Æolici metaplasmi genus iam ex Eustathio notum erat, qui (Il. β, p. 279, 37, Od. ξ, p. 1761, 35) Ætolos γερόντοις et παθημάτοις dixisse tradit. Nova exempla inscriptiones Delphicæ protulerunt, ὄντοις, πωλεόντοις, ἐντυγχανόντοις (vid. Ahrens de dial. I, p. 236, Curtius Anecd. Delph. p. 90). Nec multum abhorret ἀγώνοις in iisdem inscriptionibus, quamquam huius etiam nominativus ἄγωνος apud Alcæum extitit (v. Ahrens l. l. p. 120). Etiam ξενώνοις in Coa inscr. recte restituisse videtur Rossius Inscr. ined. n. 311, C., v. 11.

26. σωτήρια non semel tantum post periculum evitatum sacrificabantur, sed sæpe solennia fiebant, ut Acræphiæ, v. Corp. Inscr. n. 1587. Jovi autem Servatori eiusmodi sacra fiebant, interdum adiuncto Apolline.

V. 28—31. *Legibus utuntor Perenses iisdem atque Melitæenses. Quæ autem apud ædiles lites erunt Perensibus contra Perenses, ter in anno in Perensibus iudicabunt ædiles Melitæenses.*

29. ἀγορανόμους Dionysium Halicarnassensem (VI, 90) secuti *ædiles* interpretati sumus. De munere eorum v. Meier et Schoemann Attisch. Proc. p. 89 sqq.. — Quum Melitæenses magistratus ius dicant, hoc tamen datur Perensibus, ne Melitæam se conferant, sed ut in ipsorum vico ter in anno conventus agantur. Quum sæpius in Thessalicis inscriptionibus annum in semestria divisum videamus, hoc loco quadrimestre se spatium offert.

V. 31. 32. *Hæc cippis inscribantur Melitææ, Delphis, Calydone, Thermi.*

Itaque non Melitææ solum, ubi nostrum inventum est monumentum, hoc arbitrium lapidi incisum erat; sed tria ἀντίγραφα, ne fraus ulla neve dubitatio oriretur, Delphis apud Deum et in duabus præcipuis Ætolorum urbibus extabant.

V. 32—37. *Testes senatus Ætolorum, cui scriba Lycus, et præsides senatus,* quorum deinceps nomina enumerantur.

33. προσστάται. De duplici σ vid. ad n. 1. — 34. Ἑρμόλαος, sive Νικόλαος est, Spattius dicitur; sed patria eius æque ignota est ac magistri equitum, Alexonis Hermattii. Dysopus Apolloniensis est ex Epiro, ut arbitror; scriba, sive Epochus sive alio nomine appellatur, Erythræus e Boeotia opinor, quamquam possis etiam de Ionica urbe cogitare, siquidem et Lysimachia et Chalcedon et Teus Ætolorum foederi adscriptæ erant (Polyb. XV, 23, 8. Corp. Inscr. n. 3046). De Pleurone et Naupacto non est quod dubitemus, nec magis de Heraclea Trachiniæ, quam Ætoli anno 280 ad societatem ineundam coëgerunt (Pausan. X 21, 1).

3.

Pharsali prope templum Turcorum hoc fragmentum extat, quod pro appendice adiungimus propter Ætolorum mentionem.

ΕΙΟΣ	ειος
ΩΤΗΡΙΙ	Σ)ωτῆρι
ΙΤΩΛΙΑΣ	Αἰτωλίας
ΟΙΣΦΥΓΑΣΙΝ	τ)οῖς φυγάσιν.

4—9.

Catalogi libertorum.

Servi manumissi ne libertate frui impedirentur, duabus maxime rationibus apud Græcos cautum erat. Aut enim Dei alicuius tutelæ committebantur, per simulatam quandam venditionem ei traditi, ut qui eos in servitutem assereret, non homines tantum, sed Deum violaret, qui mos ex Boeoticis, Phocicis, Delphicis monumentis notissimus est (v. Corp. Inscr. n. 1607—9, 1699—1710, Ulrichs in Museo Rhenano 1843, p. 552 sqq., Curtii Anecdota Delphica), aut reipublicæ auctoritate confidebant, quum quæstores eorum nomina in tabulas retulissent, eosque quæ pro libertate debebantur solvisse scripsissent. Nam ut Romæ vicesima manumissionum in ærarium pendebatur, ita per totam Thessaliam imperatorum Romanorum tempore stateres argentei XV, sive denarii XXIIS reipublicæ solvebantur, quam summam ubique constare videbimus; nam quod in Æginiensi ap. Leak. n. 7. a, 3 ✱ΚΓ scriptum est, communi omnium consensu falsum esse evincitur; extiterit necesse est ✱ΚΒ<. Lamienses quæ huc pertinent tabulæ in Ἐφημερίδι ἀρχαιολογικῇ n. 68—75 primum publicatæ, a Curtio in Anecdotis Delphicis p. 14 sq. emendatiore forma repetitæ sunt. Ex reliqua Thessalia præter ea quæ nos collegimus monumenta, aliqua iam Leakius in Græcia Septentrionali ediderat; quorum quæ huc illuc minus recte vel lecta vel intellecta erant, nostris pro appendiculis addidimus.

4.

Pheris prope forum hic lapis extat. Descripsi quæ in fronte *(A)* et in sinistro latere angusto *(B)* exarata sunt; quæ a tergo erant, trita admodum et difficilia lectu, non notavi.

A.	*A.*
. . . ΕΛΟ	
ΕΠΙΝΙΚΟΣΑΠΟ	Ἐπίνικος ἀπὸ (Κρατίνου
ΤΟΥΠΟΛΕΜΩΝΟΣΕΥΠΟ	τοῦ Πολέμωνος, Εὔπο(λις ἀ-
ΠΟΚΡΑΤΙΝΟΥΤΟΥΠΟΛΕΜ	πὸ Κρατίνου τοῦ Πολέμ(ωνος.
ΑΝΤΙΛΕΟΝΤΟΣ	Ἀντιλέοντος

ΤΟΥΕΠΙΚΡΑΤΟΥΣΤΑΜΙΕΥΟ.
ΤΟΣΤΗΣΠΟΛΕΩΣΤΗΝΠΡΩΤΗ.
ΕΞΑΜΗΝΟΝΤΟΥΕΝΙΑΥΤΟΥΤΟΥ
ΕΠΙΣΤΡΑΤΗΓΟΥΘΕΜΙΣΤΟΓΕ
ΝΟΥΣΤΟΥΑΝΔΡΟΣΘΕΝΟΥΣΟΙ
ΔΕΔΩΚΟΤΕΣΕΠΑΥΤΩΑΠΕΛΕΥ
ΘΕΡΟΙΤΗΠΟΛΕΙΤΟΥΣΔΕΚΑΠΕΝ
ΤΕΣΤΑΤΗΡΑΣΚΑΤΑΤΟΝΝΟ
ΜΟΝΚΛΗΤΑΑΠΟΑΡΧΕΛΑΟΥ
ΤΟΥΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣΚΑΙΗΤΗΣΑΝ
ΔΡΑΣΤΗΣΙΠΠΟΜΑΧΟΥΚΑΛΛΙΣ
ΤΩΑΠΟΚΡΑΤΙΝΟΥΤΟΥΠΟΛΕΜΩΝΟΣΚ
ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΕΩΣΤΗΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΝΙΚΟΛΑΟΥΤΟΥ
ΧΡΗΜΑΤΙΖΟΝΤΟΣΚΥ
ΔΑΤΟΥΝΙΚΩΝΟΣΤΑΛ.
ΕΥΟΝΤΟΣΤΗΣΠΟΛΕΩΣΕ.
ΤΗΣΤΡΑΤΗΓΙΑΤΗΘΕΜΙΣ..
ΓΕΝΟΥΣΤΟΥΑΝΔΡΟΣΘΕΝΟΥ.
ΟΙΔΕΔΩΚΟΤΕΣΕΠΑΥΤΩΙΑΠΕ
ΛΕΥΘΕΡΟΙΤΗΠΟΛΕΙΤΟΥΣΔΕΚΑ
ΠΕΝΤΕΣΤΑΤΗΡΑΣΚΑΤΑΤΟΝΝΟ
ΜΟΝΧΡΗΣΤΑΑΠΟΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ
ΤΟΥΠΑΥΣΑΝΙΟΥΦΥΣΕΙΔΕΑΜΦΙ
ΣΤΡΑΤΟΥΑΓΑΘΩΝΑΠΟΘΕΟΔΟΤΟΥ
ΤΟΥΜΝΑΣΕΟΥΕΥΒΟΙΕΩΣ
ΤΡΥΦΕΡΑΑΠΟΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ
ΤΟΥΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ
ΑΛΚΙΜΟΥΤΟΥ
ΣΩΚΡΑΤΟΥΣΤΑΜΙΕΥ
ΟΝΤΟΣΤΗΣΠΟΛΕΩΣΤΗΝ
ΠΡΩΤΗΝΕΞΑΜΗΝΟΝΤΟΥΕΝΙ
ΑΥΤΟΥΤΟΥΕΠΙΣΤΡΑΤΗΓΟΥΕΥΒΙΩ
ΤΟΥΟΙΔΕΔΩΚΟΤΕΣΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙ
ΤΗΠΟΛΕΙΤΟΥΣΔΕΚΑΠΕΝΤΕΣΤΑΤΗ
ΡΑΣΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝΝΙΚΗΑΠΟΑΡ
ΤΕΜΙΣΙΑΣΤΗΣΤΙΜΑΡΧΟΥΣΩΣΙΜΟΣ
ΑΠΟΦΕΡΕΚΡΑΤΟΥΣΤΟΥΟΝΑ...ΕΠΑΓΑ

*τοῦ Ἐπικράτους ταμιεύο(ν-
τος τῆς πόλεως τὴν πρώτη(ν
ἑξάμηνον τοῦ ἐνιαυτοῦ τοῦ
ἐπὶ στρατηγοῦ Θεμιστογέ-
νους τοῦ Ἀνδροσθένους οἱ
δεδωκότες ἐπ' αὐτῷ ἀπελεύ-
θεροι τῇ πόλει τοὺς δεκαπέν-
τε στατῆρας κατὰ τὸν νό-
μον· Κλῆτα ἀπὸ Ἀρχελάου
τοῦ Ἱπποκράτους καὶ Ἡ(γ)ησάν-
δρας τῆς Ἱππομάχου, Καλλισ-
τὼ ἀπὸ Κρατίνου τοῦ Πολέμωνος κ(αὶ
Δικαιοπόλεως τῆς Ἀρίστωνος.*
Νικολάου τοῦ
*χρηματίζοντος Κύ-
δα τοῦ Νίκωνος ταμ(ι-
εύοντος τῆς πόλεως ἐ(ν
τῇ στρατηγίᾳ τῇ Θεμισ(το-
γένους τοῦ Ἀνδροσθένου(ς
οἱ δεδωκότες ἐπ' αὐτῷ ἀπε-
λεύθεροι τῇ πόλει τοὺς δεκα-
πέντε στατῆρας κατὰ τὸν νό-
μον· Χρηστὰ ἀπὸ Ἀπολλωνίδου
τοῦ Παυσανίου φύσει δὲ Ἀμφι-
στράτου, Ἀγάθων ἀπὸ Θεοδότου
τοῦ Μνασέου Εὐβοιέως,
Τρυφερὰ ἀπὸ Ἡρακλείδου
τοῦ Ἡρακλείδου.*
Ἀλκίμου τοῦ
*Σωκράτους ταμιεύ-
οντος τῆς πόλεως τὴν
πρώτην ἑξάμηνον τοῦ ἐνι-
αυτοῦ τοῦ ἐπὶ στρατηγοῦ Εὐβιώ-
του οἱ δεδωκότες ἀπελεύθεροι
τῇ πόλει τοὺς δεκαπέντε στατῆ-
ρας κατὰ τὸν νόμον· Νίκη ἀπὸ Ἀρ-
τεμισίας τῆς Τιμάρχου, Σώσιμος
ἀπὸ Φερεκράτους τοῦ Ὀνά(του), Ἐπάγα-*

ΘΟΣΚΑΙΔΑΜΑΣΑΠΟΣΙΜΟΥΚ/..ΝΑΙΠΠΟ
.ΑΙΔΑΜΩΝΟΣΤΩΝΣΙΜΟΥΚϷϜ-ΩΝΑΠΟ
.ΛΕΟΜΑΧΟΥΤΟΥΤΥΓΟΥΠΑΡΜΕΝΩΝ
..ΟΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΤΟΥΔΑΙΜΕΝΟΥΚΑΛ..
.ΘΕΝΗΣΚΑΙΑΦΡΟΔΙΣΙΑΗΚΑΛΟΥ..
.ΗΚΑΙΑΜΜΑΑΠΟΚΑΛΛΙΣΤΟΥΣ
ΤΗΣΚΛΕΩΝΟΣΤΟΥΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣ
ΠΥΡΟΥΑΠΟΝΙΚΟΤΕΛΟΥΣΤΟΥΦΙΛΙΠ
ΠΟΥΚΑΙΦΙΛΙΠΠΟΥΤΟΥΝΙΚΟΤΕΛΟΥΣ
ΠΑΜΦΙΛΑΑΠΟΕΥΘΥΝΟΜΟΥΤΟΥ
ΕΥΘΥΝΟΜΟΥ

θος καὶ Δαμᾶς ἀπὸ Σίμου κ(αὶ ....
κ)αὶ Δάμωνος τῶν Σίμου, Κ(ρήθ)ων? ἀπὸ
Κ)λεομάχου τοῦ Τύγου, Παρμένων
ἀπ)ὸ Μενεκράτου τοῦ Δαϊμένου, Καλ(λι-
σ)θένης καὶ Ἀφροδισία ἡ καλου(μέ-
ν)η καὶ Ἄμμα ἀπὸ Καλλιστοῦς
τῆς Κλέωνος τοῦ Ἀριστίωνος,
Πύῤῥος? ἀπὸ Νικοτέλους τοῦ Φιλίπ-
που καὶ Φιλίππου τοῦ Νικοτέλους,
Παμφίλα ἀπὸ Εὐθυνόμου τοῦ
Εὐθυνόμου.

B.

..ΝΝΟϦ..
..ΙΝΕΤΑ.
.ΑΤΑΤΟΔΙΟ.
.ΩΜΑΔΕΙ
ΝΑΡΙΑΕΙΚΟ
Σ.ΔΥΟΗΜΥ
ΣΥΜΗΝΟΣ
ΕΡΜΑΙΟΥΦΙ
..ΚΛΕΙΑΑΠΟ
..ΑΤΕΙΑΣΤΗΣ
..ΠΛΩΝΟΥ
ΝΙΚΙΟΥ
ΤΟΥΠΑ
.ΑΜΟΝΟΥΤΑ
ΜΙΕΥΟΝΤΟΣ
ΤΗΣΠΟΛΕ
ΩΣΤΗΝΠΡΩ
ΤΗΝΕΞΑΜΗ
ΝΟΝΕΤΟΥΣ
ΤΟΥΕΠΙΑΥ
ΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΘΕΟΥΥΙΟΥ

B.

(κατὰ)
τὸ)ν νό(μον,
ἃ γ)ίνετα(ι
κ)ατὰ τὸ διό(ρ-
θ)ωμα δει-
νάρια εἴκο-
σ(ι) δύο ἥμι-
συ· μηνὸς
Ἑρμαίου Φι-
λο)κλεία ἀπὸ
.. ατείας τῆς
.. πλώνου.
Νικίου
τοῦ Πα-
ρ)αμόνου τα-
μιεύοντος
τῆς πόλε-
ως τὴν πρώ-
την ἑξάμη-
νον ἔτους
τοῦ ἐπὶ αὐ-
τοκράτορος
Καίσαρος
Θεοῦ υἱοῦ

ΣΕΒΑΣΤΟΥ	*Σεβαστοῦ*
ΟΙΔΕΔΩΚΟ	*οἱ δεδωκό-*
ΤΕΣΕΠΑΥ	*τες ἐπ' αὐ-*
ΤΩΙΑΠΕ	*τῷ ἀπε-*
ΛΕΥΘΕΡΟΙ	*λεύθεροι*
ΤΗΠΟΛΕΙ	*τῇ πόλει*
ΤΟΥΣΔΕΚΑ	*τοὺς δεκα-*
ΠΕΝΤΕΣΤΑ	*πέντε στα-*
ΤΗΡΑΣΚΑΤΑ	*τῆρας κατὰ*
ΤΟΝΝΟΜΟΝ	*τὸν νόμον,*
ΑΓΙΝΕΤΑΙ	*ἃ γίνεται*
ΔΕΙΝΑΡΙΑ	*δεινάρια*
ΕΙΚΟΣΙΔΥΟ	*εἴκοσι δύο*
ΗΜΥΣΥΜΗ	*ἥμυσυ· μη-*
ΝΟΣΕΡΜΑΙ	*νὸς Ἑρμαί-*
ΟΥΑΓΑΘΗ	*ου Ἀγαθὴ*
ΑΑΠΟΠΑΥ	*ἄ̤ ἀπὸ Παυ-*
ΣΑΝΙΟΥΤΟΥ	*σανίου τοῦ*
ΕΥΒΙΟΤΟΥ	*Εὐβιότου*
ΦΥΣΕΙΔΕ	*φύσει δὲ*
ΛΥΣΑΝΙΟΥ	*Λυσανίου.*

Columna A. catalogum continet libertorum unius et dimidui anni integrum cum fragmento superioris anni. Ut ab integro incipiamus (v. 5-33), eponymus magistratus est prætor, Themistogenes nomine; has vero tabulas quæstor conficit, cuius nomen semper maiusculis literis scribitur. Quæstor non annuo, sed semestri munere fungitur, anno in bina semestria s. *ἑξάμηνα* diviso. Magistratus semestres etiam Teni videmus C. I. n. 202—6 (cf. II, p. 250), Delphis C. I. 1699 sqq. *βουλευόντων τὴν δευτέραν ἑξάμηνον,* Cnidi n. 2654 *στρατηγήσαντα τὴν δευτέραν ἑξάμηνον.* Mileti n. 2879.

V. 2. *Ἐπίνικος ἀπὸ Κρατίνου, Epinicus a Cratino manumissus,* s. *Cratini libertus. Ἀπὸ* in hac inscriptione et tribus quæ sequuntur, in Lamiensibus et in ceteris omnibus, quarum nulla secundo p. Chr. seculo antiquior videtur, aut *ἀπελεύθερος τοῦ δεῖνος*, aut *ἀπηλευθερώθη* s. *ἀπηλευθερωμένος ὑπὸ τοῦ δεῖνος,* aut simplex *ὑπὸ* dicitur.

V. 11. *ἐπ' αὐτῶ.* Dativus plerumque sine iota scribitur, nec tamen constanter, vid. v. 25 et B, 27. — *οἱ δεδωκότες ἐπ' αὐτῷ ἀπελεύθεροι τῇ πόλει.* Quamvis mirus videatur verborum ordo, constanter servatur v. 25, 39, B 25. Pro *τῇ πόλει* in Lamiensibus est *ἐν τὰν πόλιν,* v. 4, 2; quod 1, 2 et 2, 3 *ἐν τὰν στάλαν* legimus, error sine dubio describentis est. Qui servos manumittunt hic duo nominantur, vir et uxor, ut in Lamiensi prima. — 18 *Δικαιόπολις* ex Acharnensibus Aristophanis tam notus est, ut non sine admiratione hic mulierem ita appellatam videamus; cf. *Νικασίπολις* infr. n. 6.

V. 19. Eiusdem anni per posteriores sex menses quæstor est *Nicolaus, qui vocatur Cydæ filius Niconis filii*; nam χρηματίζοντος hic eodem sensu intelligendum arbitror, quo βασιλεὺς χρηματίζειν dicitur et alia, ut veri patris nomen ignoretur, sed per adoptionis aliquod genus Cydæ filius factus sit. Ceterum Κύδα nomen certum esse, non affirmaverim. — 22. Pro eo quod supra erat (v. 9) ἐπὶ στατηγοῦ hic legitur ἐ(ν) τῇ στρατηγίᾳ; cf. infr. n. 8, v. 3.

V. 35. Novus annus incipit prætore Eubioto, cuius nomen non cum Ω scribendum erat, sed cum O ut Col. B v. 42. Aliam quoque scriptoris manum videmus; literæ paullo pressius positæ, et quo minus profunde incisæ, eo plus temporis iniuria affectæ sunt. — V. 44 sq. Domini tres sunt Simonis filii, hereditate scilicet nondum divisa; v. 51 sqq. pater et filius est. — 45. Κρήθων supplevi, nescio quam recte. — 46. Τύγου ignotum nomen. — 47. Μενεκράτου pro Μενεκράτους metaplasmi genus minime rarum, posteriore quidem tempore, maxime in nominibus in κρατης, γενης, φανης exeuntibus. Μενεκράτου extat etiam in C. I. 2858, 2437, 2940, 3142, 3379, 3438 (Μενεκράτους 3151), Ἐχεκράτου 2418, Ἑρμοκράτου 2293, 3415, Τιμοκράτου 2338, v. 99 (Τιμοκράτους ibid. v. 85), Δημοκράτου 3087, Ἀριστοκράτου 3089, Ἐπικράτου 3107, Ναυκράτου 3143, Ἀμφικράτου 3358, Σωκράτου 3408, Θεογένου 2409, Διογένου 2423, 3142, 3296; Ἑρμογένου 3143, 3438, Ἀριστογένου et Περιγένου 3142, Μηνογένου 3323, Δικαιογένου infr. n. 10, Ἀντιφάνου 3142, Μητροφάνου 3141, Ἀπολλωφάνου 2411, Ἀγλωφάνου 2461, Γοργοσθένου 2459, Πρωτομένου 2320. Cognati generis est ἱέρεω 2058, Πρωμηθέου 3155, Δαμοκλέα Mus. Rhen. 1843, p. 554, notissimumque illud Οἰδίπου. Eiusmodi metaplasmus quum in genitivo usitatissimus sit, tamen etiam in aliis casibus invenitur, ut in vocativo: Μενεκράτη 1153, 3116, Σωκράτη 1149, et in nominibus in κλῆς exeuntibus, ut Ἀγαθοκλῆ 1148, Σωσικλῆ 3114, Δειοκλῆ 3135, Δημοκλέα 3256; in accusativo: Ἑρμογένην 3442, Διογένην 3417, Ἑρμοκράτην 3414, etiam ubi genitivus tertiæ declinationis est, ut Δημοκλέην, Δημοκλεῖους 3256, Μενεκλῆν Ἑρμογένους, Ἑρμογένην Μενεκλεῖους 3238. Nominativus Πρωτόγενος legitur 2320. — 48. Ἀφροδισία ἡ καλουμένη καὶ Ἄμμα, *Aphrodisia quæ et Amma vocatur*; sic enim blandiendo vel balbutiendo matres nutricesque appellabant auctore Etym. Magn. Ἄμμα ἡ τροφὸς καὶ ἡ μήτηρ κατὰ ὑποκόρισμα. — 51. Πύῤῥος legerim, quamvis ab eo quod in ipso loco descripsi abhorreat.

Columna B. unum semestre integrum, priorisque extremam partem continet. Hic non prætor est eponymus, sed imperator Cæsar Augustus. Quum Augusti nomen post annum 27 a. Chr. hanc tabulam confectam doceat, tum argumentum ipsum illius temporis est, quo vis imperii Romani magis magisque omnes populos penetravit. Namque ut nummi Romani per universum orbem diffusi ubique in usu et commercio essent, comparatio eorum cum populorum numis facta iustumque pretium constitutum est. Stateres inde Thessalici XV denarios Romanos XXII S. efficiunt, ut stateris et denarii ratio sit 2 : 3. Hinc sequitur, stateres non esse, ut putabat Curtius Anecd. Delph. p. 16, didrachma Æginetica, sed drachmas ad eandem fere rationem exactas. Et quum stateris nomine qui ubique maxime in usu erat numus significetur, tales fere in Thessalia sunt vulgares numi argentei. Hi postea demum Atticum pondus sequuntur (v. Boeckh Metrolog. Quæst. p. 126), antiquiores plane Æginetici sunt. Horum si pondus vulgare 90 grana Anglica, denariorum autem 60 fuit (Boeckh l. l. p. 93 et 456), rationem constare videmus 3 : 2.

V. 1 sqq. supplevi ex 32 sqq. *Κατὰ τὸ διόρθωμα*, quod illic omissum est, de coniectura scripsi; *ad rationem exactam* interpretor. — *Δεινάρια* in aliis *δηνάρια* scribitur; serioris temporis est *διναρια* v. Ulrichs in Mus. Rhen. 1843, p. 559. — *Ἥμυσυ* pro *ἥμισυ* 6 et 37, permutatione satis rara, cf. *Ἀρτάμυτι* pro *Ἀρτάμιτι* in Epidauria inscr. C. I. n. 1172, *Ὑππάγρα* et *Ὑππασία* in Cretica n. 2554, 106 et 127; *θύασοι* in Teia n. 3101. Eustathio autem auctore (Odys. φ. 391) antiquiores Græci, Æoles Doresque non solum *βύβλος*, sed etiam *δύφρος*, *μῦσος* dixerunt pro *βίβλος*, *δίφρος*, *μῖσος*. — *Ἑρμαῖος* mensis etiam Argis et in Boeotia agebatur, ubi cum Januario et Februario congruisse videtur; v. K. F. Hermann *Ueber Griechische Monatskunde* in Comment. Societ. Gotting. Vol. II, 1844, p. 98, Bergk *Beiträge zur griechischen Monatskunde* p. 52. Hic inter sex priores menses fuisse videmus. Cf. infra ad n. 8.

V. 40. *Δ* errore scribæ repetitum videtur.

5.

Metropoli, quæ hodie *Παλαιόκαστρο* usurpatur, in muro ecclesiæ.

ΣΤ.....ΟΥΝΤΟΣΛΕΟΝΤΟΜ.	*Στ(ρατηγ)οῦντος Λεοντομ(έ-*
ΝΟΥΣΤΑΜΙΕΥΟΝΤΟΣΝΙΚΑΝ	*νους, ταμιεύοντος Νικάν-*
ΔΡΟΥΤΟΥΑΝΤΙΓΟΝΟΥΟΙΓΕΓΟ	*δρου τοῦ Ἀντιγόνου οἱ γεγο-*
ΝΟΤΕΣΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙ	*νότες ἀπελεύθεροι·*
ΘΕΜΙΣΤΙΟΥΤΡΙΤΗΔΙΤΑΑΠΟ.	*Θεμιστίου τρίτη Δίτα ἀπὸ (Τηλ-?*
ΕΜΑΧΟΥΤΟΥΑΣΑΝΔΡΟΥ	*εμάχου τοῦ Ἀσάνδρου,*
ΘΕΜΙΣΤΙΟΥΤΡΙΤΗzΜΥ..	*Θεμιστίου τρίτη· Μυ..*
ΑΠΟΗΡ..ΑΓΝΟΥΚΑ....	*ἀπὸ* . . . .
ΘΕΜΙΣΤΙΟΥ.......	*Θεμιστίου* . . . . .
ΑΠΟ........	*ἀπό.*

V. 5. Themistius nomen mensis antehac ignotus. — V. 7. Post *τρίτη* interpunctionis signum extat, cf. n. 8 b, 7. — V. 5. *Δίτα* nomen, ut puto, antehac ignotum; masculinum *Δίτας* est in Mytilenæis C. I. 2172 et 73.

6.

Prope *Turnabum* in monasterio S^ti^ Athanasii extat.

. . . . ΣΚΑΙΗ . . . .
. . ΥΑΡΝΙΑΕ . . . .
. ΟΙΦΙΛΙΝΟΥ . . ΣΩΝΕΙΟΔΟιΑΠΟ . .
. . . . ΘΕΟΥ . . . . . . ΟΛΟΟΥ . ΜΑΙΗΧΑΝΙΚΟΙ . . .
ΑΠΟΝΙΚΟΚΛΕ . Υ . ΙΟΥΑΥΤΟΒΟΥΛΟΥΑΔΕΙΛΕΥ . .
ΧΟΥΑΠΟΣΤΡΑ . ΟΝΙΚΗΣΤΗΣΛΥΣΙΜΑΧΟΥΚΑΙΠ . .
. ΕΙΑΣΙΗΣΕ . . ΛΟΧΟΥΠΑ . . ΜΟΝΟΣΝΙΚΟΠΟ . . . .
. ΠΟΗΙ . ΟΠΟ . . ΩΣΤΟΥΑΓΑΘΩΝΟΣΔΟΝΤΟΣ . . . .

. ΥΤΟΥΠΑΡΑΜΟΝΟΥΤΟΥΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣΤΟΥΠ . .
. ΑΥΤΟΥΖΩ . . ΜΗΙΠΠΟΛΟΧΟΥΑΠΟΙΠΠΟΛΟ . . .
. ΤΟΥΙΠ . ΟΛΟΧΟΥΚΑΙΝΙΚΑΣΙΠΟΛΕΩΣΤΗΣΝΙΚC . .
. ΟΥΟΛΒ . ΑΑΡ . . ΟΥΑΠΟΦΥΛΑΚΑΣΤΗΣΑΡΤΕΙΟ . . .
ΑΙΑΚΑΙΚΛΕΙΤΑΓΟΡΟΣΟΙΜΕΝΕΔΗΜΟΥΑΠΟΙ . . . .
ΔΗΜΟΥΤΟΥΟΡΘΟΛΑΟΥΚΑΙΦΙΛΩΤΕΡΑΣΠΡ . . . . .
ΘΥΕΡΙΚΙΝ . . . . . . ΙΠΠΟΔΡΟΜΙΟΥ
. . ΦΙΛΟΣΕΥΠΟΡΟΥΑΠΟΕΥΠΟΡΟΥΤΟΥΒΙΩΝΟ . .
. . ΜΙΜΝΟΜΑ . . ΥΑΓΑΘΑΣΩΠΑΤΡΟΥΑΠΟΗΓΗ . .
. . . ΗΣΘΕΟΓΕΝΟΥΣ . . . ΦΥΛΛΙΚΟΥΚΑ . . . . . .
. . ΙΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣΑΠΟΘΕΜΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣΤΟΥ . . .
. . . ΩΝΟΣΣΥΡΑΠΟΡΤΙΝΟΥΑΠΟΠΟΡΤΙΝΟΥΤΟΥ . . . .
. . . ΥΑΛΕΞΑΝΔΙ . . ΣΩΠΑΤΡΟΥΑΠΟΣΩΠΑΤΡΟΥ . . .
. . . ΟΒΟΥΛΟΥΣΩ . ΗΡΙΧΑΦΙΛΩΤΟΥΑΠΟΕΡΓΟΦΙΛ . . .
ΗΣΑΣΙΟΥΚΑΙΦΙΛ . . . . ΤΟΥΕΥΠΟΙΟΥΙΛΙΑΣΣΙΜ . . .
. ΟΥΑΠΟΠΑΡΜΟΝ . . ΟΣΤΗΣΣΙΜΜΙΧΙΟΥΠΑΣΙΦΙΛΟ . .
ΙΗΣΙΜΟΥΑΠΟΑΝΤΙΟΧΙΔΟΣΤΗΣΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥ . . .
. . ΧΑΠΟΛΙΣΑΡΤΕΟΥΑΠΟΦΥΛΑΣΤΗΣΑΡΤΕΟΥ . .
. . ΛΩΝΙΟΣΑΤΡΕΣΤΙΔΟΥΑΠΟΑΤΡΕΣΤΙΔΟΥ . .
. . . ΜΝΟΜΑΧΟΥΕΠΙΚΤΗΣΙΣΦΙΛΙΠΠΟΥΑΠΟΦ . . .
. . ΣΚΟΥΑΓΑΘΑΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΥΑΠΟΙΠΠΟΔ .
. ΕΙΟΣΤΗΣΑΡΙΣΤΟΜΑΧΟΥΣΤ . ΑΤΟΝΙΚΗΣΩΣΙ . . . .
. . . ΟΣΑΠΟΝΙΚΟΠΟΛΙΔΟΣΤΟΥΑΓΑΘΩΝΟΣΚΑ . . . .
. . . . ΟΝΑΣΤΗΣΙΑΞΟΝΟΣΚΑΙΑΥΤΟΚΡΑΤΑΣΤΗ . .
. . . . ΟΥ . . . . . ΤΩΝΙΟΥ . . ΣΩΣΤΡΑΤΗΑΓ . . . .
. . . . ΟΑΡΧΙΟΥΚΑΙΔΗΜΟΦΙΛΟΥΤΟΥΦΙΛ . . . .
ΕΝΟΥ

το]ῦ Ἀρνία . .
. οἱ Φιλίνου, (Λύ)σων? Εὐόδου ἀπὸ
. . . . .
ἀπὸ Νικοκλέ(ο)υ(ς τ)οῦ Αὐτοβούλου, Ἀδεία Εὐ . .
χου ἀπὸ Στρα(τ)ονίκης τῆς Λυσιμάχου καὶ Π . .
. ειας τῆς Ε(ὐρυ)λόχου?, Πα(ρα)μονος Νικοπό(λεως
ἀ)πὸ (Ν)ι(κ)οπό(λε)ως τοῦ Ἀγάθονος δόντος (αὐτ-?
ο)υ τοῦ Παραμόνου τοῦ Νικοπόλεως τὸ ὑπ(ὲρ ?
ἑ)αυτοῦ, Ζω(σί)μη Ἱππολόχου ἀπὸ Ἱππολό(χου
τ)οῦ Ἱππολόχου καὶ Νικασιπόλεως τῆς Νικο(τί-?
μ)ου, Ὀλβ(ί)α Ἀρ(χί)ου ἀπὸ Φυλάκας τῆς Ἀρτείο(υ Ἀν-

αία καὶ Κλειτάγορος οἱ Μενεδήμου ἀπὸ (Μενε-
δήμου τοῦ Ὀρθολάου καὶ Φιλωτέρας . . .
. . . . Ἱπποδρομίου
Δ(ί)φιλος? Εὐπόρου ἀπὸ Εὐπόρου τοῦ Βίωνο(ς τ-
οῦ) Μιμνομά(χο)υ, Ἀγαθὰ Σωπάτρου ἀπὸ Ἡγη(σο-
ῦς? τ)ῆς Θεογένους (τοῦ) Φυλλικοῦ, ...
Θεμ)ιστοκλέους ἀπὸ Θεμιστοκλέους τοῦ . .
. . . ωνος, Σύρα Πορτίνου ἀπὸ Πορτίνου τοῦ . .
. . ο)υ, Ἀλέξανδ(ρος) Σωπάτρου ἀπὸ Σωπάτρου (τοῦ
Αὐτ)οβούλου, Σω(τ)ηρίχα Φιλώτου ἀπὸ Ἐργοφίλ(ης τ-
ῆς Ἀσίου καὶ Φιλ(ώτου) τοῦ Εὐποίου, Ἰλιὰς Σιμ(μιχ-
ί)ου ἀπὸ Παρμον(ίδ)ος τῆς Σιμμιχίου, Πασίφιλο(ς Χ-
ρ)ησίμου? ἀπὸ Ἀντιοχίδος τῆς Ἀγαθοκλέου(ς . .
. χαπολις Ἀρτέου ἀπὸ Φυλᾶς τῆς Ἀρτέου, (Ἀπ-
ολ)λώνιος? Ἀτρεστίδου ἀπὸ Ἀτρεστίδου (τοῦ
Μι)μνομάχου, Ἐπίκτησις Φιλίππου ἀπὸ . . .
. . ., Ἀγαθὰ Παρμενίσκου ἀπὸ Ἱπποδ(α-
μ)εί(α)ς? τῆς Ἀριστομάχου, Στ(ρ)ατονίκη Σωσι . .
. . . . ἀπὸ Νικοπολίδος τοῦ Ἀγάθωνος . . .
. . . . ονας τῆς Ἰά(σ)ονος καὶ Αὐτοκράτας τῆ(ς
. . . . Σωστράτη . .
. . . Ἀρχίου καὶ Δημοφίλου τοῦ Φιλ . . .

Catalogum libertorum hunc esse, usus præpositionis *ἀπὸ* ostendit. Mera sunt nomina propria, nec ut in ceteris eius generis tabulis post singulos libertos manumissionis tributum adscriptum est, nec magistratuum aut temporum ulla indicatio servata est. Imprimis autem hoc animadvertendum, quod liberti omnes *πατρόθεν* nominantur, sæpeque dominus qui eos manumittit ipse pater est, nam serva matre nati ipsi dum manumitterentur serviebant. Filios a patribus manumissos v. 7, 10, 13, 16, 20, 22, 27 videmus, fratres a sororibus v. 24 et 26. Nomina nova in lexica recipienda *Ὀρθόλαος* 14, *Φυλλικός* 18, *Παρμονίς* 24, *Φυλά* 26, *Αὐτοκράτα* 32, *Ἀρτέας* 26, qui *Ἀρτείας* est 12, ut pro *Ἀδέα* *Ἀδεία* est v. 5 et infr. n. 22, *Ἡδέα* pro *Ἡδεία* C. I. 3233.

V. 8 *δόντος (αὐτο)ῦ τοῦ Παραμόνου τοῦ Νικοπόλεως τὸ ὑπ(ὲρ ἑ)αυτοῦ, quum ipse Paramonus pretium pro se solvendum dedisset*, scilicet denarios illos XXII S. qui in ærarium redibant; hìç autem diserte additur quod minus usitatum erat, filium a patre manumissum ipsum hoc pretium solvisse, non patrem pro eo. Ita supplendum intelligendumque putavi propter n. 7., ubi idem extat *δόντο(ς) α(ὐτοῦ*. — V. 15. *Ἱπποδρόμιος* propter locum quo positum est, in fine sententiæ, viri nomen videtur, quamquam de mense facile cogitaverit, qui hoc mensis nomen esse apud Boeotos Lamiensesque meminerit, idemque n. 7. redire viderit.

7.

Larissæ in via quæ Crannonem ducit; lapis tam tritus ut exigua pars eius legi possit; ex primis viginti versibus nihil omnino intellexi, cetera quia cum superiori monumento tam accurate congruunt, ut ad interpretationem eius aliquid proficere posse videamur, edenda putavi.

ΘΕΟΝΟΣ	. .
ΠΟΥ∠ΑΝΟ	.
ΟΥΓΟΡ⁻ΙΟ	*τ)οῦ Γορ(γ)ίο(υ*
ΕΝΟΥΔΟΥΤΑ	. . *ενου (τ)οῦ? Τα* . .
ΝΤΙΓΟΝΟΥΚΑ	*Ἀ)ντιγόνου κα(ὶ*
ΡΑ.ΥΣΣΩΠΑΤΙ	. . *ρα(ε)ὺς Σωπάτ(ρου*
ΔΟΝΤΟ.Α	*δόντο(ς) α(ὑτοῦ*
ΠΟΛΥΤΟΝΟ..ΟΥ	*ἀ)πὸ Λύ(σ)ονο(ς τ)οῦ?*
.ΟΡΜΑΤΟΥΠΟΛΥ	. . . *τοῦ Πολυ* . .
ΠΟΛΥΚΙΝΟΥΤΟ	*ἀπὸ Λυκίνου το(ῦ*
ΠΟ	. .
ΠΑΡΡΗΣΙΑΑΠΟ	*Παρρησία ἀπὸ*
ΖΩΣΙΜΗ.Ι	*Ζωσίμη*
ΠΟΚΑΣΕΑΝΔ	*ἀ)πὸ Κασ(σ)άνδ(ρου*
ΔΟΛΩΟΥ	. .
ΣΤΗΞΝΙΚΟ	. *ς τῆς Νικο* . .
ΟΜΕΝΟΥΣ..Υ	. . *ομένους (το)ῦ*
ΠΟΣΑΤ.ΡΑΣ	*ἀ)πὸ Σατ(ύ)ρας*
ΟΣΚΑΙΛΕΟΝ	. . *ος καὶ Λεον(τοῦς?*
ΡΑΤΕΡΟΦΡΟΝΟ	*Κ)ρατερόφρονος*
ΕΑΝΔΡΟΥ	*Λ)εάνδρου*
ΑΠΟΤΑΛΕΣ	*ἀπὸ Ταλες* . . ?
ΓΑΑΠΟΛΛΕΞΑ	. . *γα ἀπὸ (Ἀ)λε(ξ)ά(νδρου*
ΙΠΠΟΔΡΟΜΙΟ	*Ἱπποδρομίο(υ*.
ΤΟΥΘΙΣΣΑΛΟ	*τοῦ Θ(ε)σσάλο(υ*
ΓΕΥΘΕΙΙΣΛ.ΟΚ	*Ἐ)λευθε(ρ)ὶς (ἀπ)ὸ Κ*.
ΛΩΝΑ	. .
ΦΙΛΩΝΟΣΤΟΥΝΑ	*Φίλωνος τοῦ Να* . .
ΑΣΤΗΣΚ	*ας τῆς Κ*
ΦΙΛΩΝΟ	*Φίλωνο(ς*
ΡΙΣΤΟ	*Ἀ)ριστο* . .
ΟΥΚΙΑΤΕ	. .
. .	. .
ΝΟΥΤΩΝ	*νου τῶν*
. .	. .

8.

Larissæ in stabulo τῆς μητροπόλεως i. e. ædium archiepiscopi.



Πειθάγορος Μεγαλοκλέ(ους
ὁ γεγονὼς ταμίας τῆς πόλε(ως
τὴν δευτέραν ἑξάμηνον ἐν στρ(ατηγῷ) Κ..
Λυκωτέους ἐπὶ αὐτοκράτορο(ς
Καίσαρος Τραϊανοῦ Ἀδριανο(ῦ
Σεβαστοῦ ἀνέγραψεν τοὺς φα-
μένους ἀπηλευθερῶσθαι ἐν τῷ
τῆς ταμείας αὐτοῦ χρόνῳ, οἵτινες ἔδ(ω-
καν τοὺς γεινομένους τῇ πόλει στατῆρας·

Μηνὸς Λεσχανορίου πεντεκαιδεκάτῃ Στάχυς ὑπὸ Εἰσαγόρου
τοῦ Εἰσαγόρου δηνάρια εἴκοσι δύο ἥμισυ, Εὔπορος ὑπὰ Φορτουνάτο(υ
τοῦ Ἀρίστωνος ἀπελευ(θερωθεὶς) δη. κβϲ, Ζώσιμο(ς
ὑπὸ Πανσανίου τοῦ Πανσανίου . . δη. κβϲ,
Ἐυμένης ὑπὸ Φιλίσκου τοῦ Εὐδήμου δη. κ(βϲ,
Παρδαλὶς ὑπὸ Λύκας τῆς Λύκου δη. κβϲ.
Νούμηνος Ἀφρίου Ζωὴ ὑπὸ Λουκίου τοῦ Λουκίου
δη. κβϲ· εἰκάδι Παρδαλὶς ὑπὸ Πολυξένας
τῆς Μενέσια δη. κβϲ. Νούμηνος Βυ . . .
Ε)πικτᾶς ὑπὸ Ἀρχελαΐδος τῆς Καλ-
λίππου δη. κβϲ, . . . Ἀγαθόπου(ς
ὑπὸ Νίγερος τοῦ Σώτα δη. κβϲ, Ἀγέλη
ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Νεικαίου τοῦ ἐπιτρόπ(ου
Β)αχχίου καὶ Ταλάου καθ' ἣν ἐποιήσατο διαθή(κ-
η)ν Βάχχιος δη. κβϲ, Λεοντὼ ὑπὸ Φιλοδή-
μου) τοῦ Εἰσιδώρας ἀπελευ(θερωθεῖσα) δη. κβϲ, . . . (Ε)ἄρινο(ς
ὑπὸ Βαχ)χίου τοῦ Βαχχίου δη. κβϲ. Μηνὸς Ὁμολω(ΐου
. . . . . *ὑπὸ Ἀντιγένους τοῦ Εὐδήμου δη. κβϲ,*
. . . . . *ὑπὸ Ἀριστίου τῆς Νε . . .*

Hadriani imperatoris ætate hanc tabulam confectam esse, ipsa præ se fert (v. 5); differt autem a prioribus quod non annus solum, sed etiam mensis diesque manumissionis indicatur, tum quod *ὑπὸ* non *ἀπὸ* scribitur, vid. ad n. 4, Col. A., v. 2.

V. 1. *Πειθάγορος* pro *Πειθαγόρας* scriptum, ut n. 6, v. 13 *Κλειτάγορος* pro *Κλειταγόρας*, quam formam Æoles propter insitum retrahendi accentus studium prætulisse videntur. Eiusdem generis est *Ἄρχιος* pro *Ἀρχίας* in Melio lapide ap. Ross. Inscr. ined. n. 228, et fortasse antiqui Atheniensis artificis nomen *Κρίτιος* pro *Κριτίας*, v. Ross. Epistol. ad Thiersch. n. 2.

V. 3. *ἐν στρ.* per compendium scriptum est, ut in altera Larissæa inscriptione, quam infra litt. b. adiungimus. Ibi quoniam sequitur dativus *Ἱπποκρατίδῃ*, *στρατηγῷ* supplendum est, non *στρατηγίᾳ*, quod cum articulo dicitur n. 4, A, 22 *ἐν τῇ στρατηγίᾳ τῇ Θεμιστογένους*. Plene hoc scriptum videtur in Oloossoniis infr. n. 10 a et b; neque offendet durior appositionis forma *ἐν στρατηγῷ Ἱπποκρατίδῃ*; quippe in Atticis legibus toties *ἐπὶ τῆς Ἀντιοχίδος ἑβδομῆς πρυτανείας* et similia videmus. — Ceterum nomen prætoris hoc loco corruptum est. Similes quidam litterarum ductus in Cyretiensi inscr. infr. 12 e, 2 extant. Cogitabam de *Κοκκηΐῳ*, nam Cocceius etiam in Græcia illo tempore vulgatum nomen est, v. Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 159, et vel in hac inscriptione duos præterea Græcorum hominum filios Romanis nominibus

utentes videmus, Fortunatum Aristionis f. (11) et Nigrum Sotæ (21). — 4. *Λυκωτῆς* occurrit etiam in titulo Cyretiensi apud Leak. North. Gr. n. 175: *Σεπτίμιον Σευῆ(ρον ἡ πόλ)ις ἡ Χυρετιαίων, (στρατηγόυντ)ος Διονυ(σί)ου τοῦ Λυκωτοῦ*; de qua genitivi forma cf. not. ad n. 4, A. v. 47. — 8. *ταμείας* pro *ταμιείας*, ut *ταμεῖον* pro *ταμιεῖον* C. I. 3509.

V. 10. *Μη.* per compendium scriptum pro *μηνός*. *Λεσχανόριος* nomen mensis antehac ignotum; extat idem in Cyretiensi infra n. 12 b, v. 3. *ει* i. e. *πεντεκαιδεκάτῃ*, nam ut in loquendo ita in scribendo non raro minor numerus antecedit, cf. Boeckh ad C. I. I, p. 482, n. 523, II, p. 127, n. 2059. — 12. *ἀπελευ* i. e. *ἀπελευθερωθείς*; negligentiæ est, quod non ubique additur, sed huc illuc ubi libuit (v. 12 et 25). — 13. Quod post *Πανσανίου* extat ΘΙ, error scribentis videtur, sive pro nihilo omnino habendum est, sive diei numerum, *θι'* i. e. *ἐννάτῃ ἐπὶ δέκα*, qui ante Zosimi nomen ponendus erat, quum illic incuria omisisset, hic intrusit operarius.

V. 16. *Νουμη.* mox v. 18 *νούμηνος* plene scriptum. Usitatius fuerat *νουμηνίας*; sed *νεόμηνι σελήνῃ* est apud Arat. v. 471. *Ἄφριος* mensis antehac ignotus occurrit et in Larissæa 8 b. et in Oloossonia n. 9. — 17. *ΔΔ. εἰκάδι* sine dubio legendum.

V. 18. *Βυ.* Mensis nomen, qui Aphrium sequitur, legi non poterat. In promptu erat coniectura *Βυσίου*, qui Delphis mensis erat ineuntis veris, cum Martio, ut videtur, congruens; sed neque aliud quidquam cum Delphicis commune habent Thessalici menses, nec tempus constare arbitror. — 20. *Λοη.* Hoc compendium quid significet, ignoro, nisi quod diem indicari universæ tabulæ ratio evincit. Iam si fastos quærimus manumittendi dies, in Chæroneensi tabula C. I. n. 1608. XV et XXX, in hac I, XV, XX, fortasse XIX, in Oloossoniis II, III, XXX, in Metropolitana III extat. Primum de tricesimo die cogitaveram; sed nec compendium aptum est, quippe simlpex *Λ* expectabatur, nec ob eam rem fieri potest quod paulo post (v. 25) iterum legitur in eodem mense *Λο*. Quare potius inducor ut de extrema mensis parte agi credam, quasi in priore loco *φθίνοντος ὀγδόῃ*, in altero *φθίνοντος δευτέρᾳ* sit. Quo modo vero illud sive *λο* sive *ολ* legendum sit, aliis relinquo diiudicandum, nam nec *λήγοντος* (Poll. I, 63) ita scribi potest, nec *ὀλλυμένου* pro *φθίνοντος* dici arbitror. — 21. Ex *Nigro* Romano nomine prave *Νίγηρ, Νίγερο*; factum est, non, ut oportebat, *Νίγρος, Νίγρου*; eadem forma in Mytilen. Corp. Inscr. 2206 inveniri videtur. — 23. *Βάχχιος* pro *Βάκχιος*.

V. 26. *Ὁμολώϊος* mensis, qui iterum in Cyretiensi inscr. 12 c. invenitur, Thessaliæ cum Boeotia communis est. Hoc Thebani et Orchomenii mense *Ὁμολώϊα* celebrabant (v. Müller Orchom. p. 233), quæ quasi Panathenæa Æolensium sunt, neque multum a vero aberrare videtur qui ea quoque circa solstitium acta putat. Quod si ita est, non nomen solum, sed etiam tempus cum Macedonico *Λώῳ* congruit: illic *Λῷος* decimus anni mensis, hic *Ὁμολώϊος* quartus alterius semestris est, ut Thessalorum æque ac Macedonum annus ab æquinoctio auctumnali principium cepisse videatur. Iam si uno loco quæ de anno Thessalico cognovimus colligere licet, prioris semestris mensis est

Ἑρμαῖος (n. 4 Col. B.), posterioris quattuor priores *Λεσχανόριος, Ἄφριος, Βυ..., Ὁμολώϊος;* incerto in sede manent *Θεμίστιος* (n. 5), et qui antea noti erant *Θύος* et *Ἰτώνιος* (v. Hermann De mensibus p. 158).

8. b.

Larissæ in muro ecclesiæ metropolitanæ. Accurate descripsit Leake North. Greece n. 13; repetiit Curtius Anecdot. Delph. p. 13 sq., sed compendia male intellexit.

Ἀγαθῇ τύχῃ. Παρὰ Λ. Τιτίου Ὀνησίμου τοῦ ταμίου τῆς πόλεως τὴν β' ἑξάμηνον ἐν στρ(ατηγῷ) Ἱπποκρατίδῃ ἀναγραφὴ ἀπελ(ευθέρων) δεδωκότων τοὺς στατῆρας τῇ πόλει. Μηνὸς Ἀφρίου· Τελέσφορος, Ἀγαθή, Κασσάνδρα, Ἡρακλέων, Χαρίτα, Στράτων, Ἰουκούνδα.

V. 7. Post *μηνὸς Ἀφρίου* signum extat <, quod interpungendi causa positum arbitror, non ut diei numerum indicet, cf. n. 5, v. 7, Corp. Inscr. 2777. — *Χαρίτα* insolita nominis forma

9.

Oloossone in ecclesia S^tæ^ Trinitatis.

ΔΗΣΑΜΕΝΟΥ
ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ

ΑΜΙΕΥΟΝΤΟΣΛΥΣΙΜΑΧΟΥΤΟΥ
ΑΧΑΙΟΥΤΟΝΕΝΙΑΥΤΟΝΣΤΡΑΤΗ
ΓΟΥΝΤΟΣΚΕΦΑΛΟΥΜΗΝΟΣΑΦΡΙΟΥΤΡ .
ΓΗΟΙΑΠΕΛΕΥΘΕΡΩΘΕΝΤΕΣΕΠΑΥ
ΤΟΥΦΑΙΔΙΜΗ . . .

Δησαμένου
Νικάνδρου

τ)αμιεύοντος Λυσιμάχου τοῦ
Ἀχαίου τὸν ἐνιαυτὸν στρατη-
γοῦντος Κεφάλου· μηνὸς Ἀφρίου τρ(ί
τῃ οἱ ἀπελευθερωθέντες ἐπ' αὐ-
τοῦ· Φαιδίμη . . .

Aut in Deorum templis aut in foris urbium catalogi libertorum consecrabantur, atque ubi marmoris inopia erat, etiam in statuarum fundamentis aut si qua alia aderant monumenta nondum literarum plena inscribebantur. Vid. Ulrichs in Museo Rhenano 1843, p. 551, qui ex Tithorea basin statuæ profert Theonidæ cuiusdam, cui eiusmodi catalogus subscriptus est; alterum ex Stiride exemplar est apud Rossium Inscr. ined. n. 73. In nostro monumento non solum statuæ basis catalogum recipere coacta est, sed etiam titulus erasus et pro antiquiore nomine Desamenus quidam ignoti nominis vir substitutus est. — Nomina libertorum describere non vacabat.

10.

Oloossone in ecclesia quæ vocatur *Παναγίας κοίμησις* duæ hæ inscriptiones extant, quas commemorat Leake North. Gr. III, p. 347.

a.

ΤΑΜΙΕΥΟΝΤΟΣΤΗΣΠΟΛΕΩΣ..	*Ταμιεύοντος τῆς πόλεως . . .*
ΤΟΥΜΙΘΥΣΤΟΥΤΗΝΒΕΞΑΜΗΝΟΝ..	*τοῦ Μιθύστου? τὶν β̄ ἐξάμηνον (ἐν στρα-*
ΤΗΓΩΤΙΜΑΣΙΘΕΩΛΥΚΟΦΡΩΝΟΣ..	*τηγῶ Τιμασιθέω Λυκόφρωνος . . .*
ΔΕΥΤΕΡΩΙΘΙΣΥΠΟΕΥΝΟΙΔΟΥΚΑ...	*δευτέρῳ· Ἴθὶς ὑπὸ Εὐνοΐδου κα(ὶ Κλεοπ-*
ΑΤΡΑΣΚΑΙΔΙΚΑΙΟΓΕΝΟΥΕΔΩΚ...	*άτρας καὶ Δικαιογένου ἔδωκ(εν τ-*
ΗΠΟΛΙᛏΚΒ)	*ῆ πόλι δηνάρια εἴκοσι δύο ἥμισυ.*

V. 1. Quæstoris nomen deest, patrisque (v. 2) admodum dubium est. — *ἐν στρατηγῷ* cf. b. et not. ad n. 8, v. 3. Mirum est *Λυκόφρωνος* pro *Λυκόφρονος*. — 4. Secundo die mensis, cuius nomen deest, Ithis quædam ab Eunoido et Cleopatra et Dicæogene manumissa est; nam falsum est quod legit Leakius *ἐλευθερωθεὶς ὑπὸ Ἐ.* Ceterum nec *Ἴθις* nec *Εὐνόϊδος* nota nomina sunt. *Κλεοπάτρας* ex Leakii coniectura dedi. — 5. *Δικαιογένου* pro *Δικαιογένους*, cf. ad n. 4. A. v. 47. — 6. ᛏ. Hoc denariorum signum pro vulgari ✱ etiam in sequenti et Cyretiensibus invenitur. Male Leakius *κβ* scripsit, non intellecto semissis signo. — *πόλι* pro *πόλει* ut n. 12 d, 6.

b.

ΛΙЄΥΟΝΤΟΤΗΠΟΛCΟCΤΗCΠΡ	*Ταμ)ιεύοντο(ς) τῆ(ς) πόλεος τὴ(ν) πρ(ώ-*
. ЄΞΑΜΗΝΟΑΝΤ.... ΟΥΤΟΥΠΑ	*την) ἐξάμηνο(ν) Ἀντ(ιγόν)ου τοῦ Πα-*
. . . . ЄΝCΤΑΤΗΓ	*. . . ἐν στ(ρ)ατηγ(ῷ . .*
ΡΙΑΚΑΔΙ . Ν . .	*τ)ριακάδι . .*
ЄΚΚΑΤΑΔ . . .	. .
ΜΝΟΥCΤΟΥC . . Δ . .	. .
. ΤΗΠΟΛЄΟ . .	. .
. ΙΙΥCΙΟΥ	*Διον)υσίου·*
ᛏΚΒ<	*δη. κβc.*

Lapis pessime scriptus multumque tempore detritus est. Pro ultimo nomine *Διονυσίου* Leake male *ἀργυρίου* legit.

11.

Oloossone in monasterio, in limine ecclesiæ.

ΔΗΚΙΟΥΜЄΙΜΑΙΟΥΘΠЄΡΑΤΙ . .	*Δηκίου Μειμαίου . . . .*
ΙCΗΑΠЄΛЄΥΘЄΙCΑΥΠΟCΑΤΟ .	*. ἡ ἀπελευ(θερω)θεῖσα ὑπὸ Σατο(υρνείνου?*
ΝЄΙΚΑΝΔΡΟCΟΑΠΗΛЄΥΘЄΡΩΜЄΝΟC	*Νείκανδρος ὁ ἀπηλευθερωμένος.*

12.

Cyretiis in ecclesia S[ti] Georgii prope vicum *Δομενικό* mensa sacra magnum habet inscriptum libertorum catalogum, cuius hæc extrema.

ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΩΘΕΝΤΕΣΥΠΟΑΕΙΔΗΜΟΥΕΔΩ
ΚΑΝΤΑΓΕΙΝΟΜΕΝΑ
ϤΚΒ<

ἀπελευθερωθέντες ὑπὸ Ἀειδήμου? ἔδω-
καν τὰ γεινόμενα
δη. κβc.

In eadem ecclesia quattuor sequentes inscriptiones sunt, quas edidit Leake North. Greece n. 176—79.

b.

Ταγεύοντος Ποπλίου .
ἱππαρχοῦντος Ἡγησά(νδρου
τοῦ Ἀρίστωνος. μηνὸς Λεσχ)ανορίου
Σεκουνδίων ὁ ἀπηλευ(θερωμένος .
ξενικῇ ὑπὸ Παραμόν(ου
τοῦ Παραμόνου ἔδωκεν
Ж κ β c . . . .
. . . .
. . . .
ταμιεύοντος . . . (Ὀλυμ-?
πιοδώρου τοῦ Ἀπ . . . .
. Δάμωνος τοῦ . .
Μαγὰ Γυλίου Ὀρέστο . . ?   (Σωτηρί- ?
χα κὲ Ὀρβανὰ κὲ Γλαυκὴ κὲ
ων οἱ ἀπελευθερωθέντες
ὑπὸ Εἰρήνης τῆς Αὐτοβούλου (ἔδωκ-
αν τὰ γεινόμενα τῇ πό(λει) ἕκαστος (αὐ-
τῶν ϤΚ β c.

V. 3. Leak. dedit ΜΙΛΕCΧ, sed scriptum est *MH* ligatis literis. — 4. Leak. ΑΠΕΛΕΥ, sed scriptum est ΑΠ-ΛΕΥ. — 7. Leak. ΠΟΠΛΙΩΠΑ, equidem legi ΠΟΠΛΙΩΩΑΓ. — 16. *τῆς* iniuria omisit L. — V. 14. *κὲ* pro *καὶ* extrema antiquitatis soloecismns, cf. Corp. Inscr. n. 2100, 2693 c, 2712.

c.

Ταγεύον(τος Μ)νησιμάχου καὶ ταμιεύ-
οντος τῆς πό(λεως) κατὰ ψήφισμα μηνὸς Ὁμ(ο-

λω(ίου) Εὐπραξίδου· Ὑμνὶς ἡ ἀπ(ελευ-
θερωθεῖσα ὑπὸ Τελεσφόρου ξενικῇ
ἔδωκε τῇ πό(λει) ✱ κ β c.

Quam vitiose hæc Leakius descripserit, comparatio docebit. — Notandus est quæstor unius mensis populi scito electus.

d.

Π)αραμόνο(υ) . μμε . .
στρατηγ)οῦντος Σωπάτρου . .
ἀπελευθερωθε)ῖσα ὑπὸ Θερευ . . .
✱ κ) β c. καὶ ευ . ρανται κα . . . ?
ἀπ)ελευθερωθέντα ξενικῇ ὑπὸ Πυ . .
Φιλ)ο(στ)ράτου ἔδωκαν τῇ πόλι ἕκαστο(ς αὐτῶν ✱ κ β c.

Hæc inscriptio et quæ sequitur unius Leakii auctoritate nititur, ego non vidi. — Ξενικῇ, quod etiam in b. et c. extat, ξενικῇ intelligendum videtur, ut dativus sit adverbialiter positus, *peregrino more* vel *ex iure peregrino*. Duplex igitur fuit manumittendi ratio civibus et peregrinis, ἐπιχώριος et ξενική; in vulgari ratione nihil scribitur, in hac ξενικῇ additur. Idem vocabulum sæpissime invenitur in Hypatæis catalogis, quos doleo me supra p. 10 non commemorasse. Ex Ἐφημ. Ἀρχαιολ. 192—95 eos repetiit Curtius Inscript. Attic. XII, p. 31 sq. Hi communem cum nostris 4—7 usum præpositionis ἀπὸ habent; illud singulare, quod qui tabulas conficit, ἐπιμελητὴς τῶν ἀπελευθερικῶν χρημάτων, et pecunia quæ solvitur, τὸ τῆς στηλογραφίας ἀργύριον dicitur.

e.

ταμιεύοντος) τῆς πόλ(εως) κατὰ ψήφισμα
ΚΟΚΙΗΙΟΥΛΥΚΟΧΑΛΕΣΧΑ
ἀπη)λευθερωμένη ὑπὸ Ἀπολλω(νίδου.

V. 1. Leak. τῆς πατέρα ψήφισμα; comparanti c, 2 quid scribendum sit apparet. — V. 2. cf. supra n. 8. v. 3.

13.

In sepulcreto vici Ἰωάννουλι prope Larissam.

. . . . ΑΣΣΤΑ . . . .
. . . ΡΟΣΘΕΝΗΣ
ΓΑΙΔΑΣΔΙΑΥΛΟΝ
. Α . ΜΕΝΙΣΚΟΣΑΛΕΞ . .
ΑΝΔΡΑΣΔ . . . ΛΟΝ
. . . ΟΣΣ . ΤΟ
ΓΑΙΔΑΣΓΥΓΜΗΝ
. ΑΙΓΓΟΣ ΕΥΜΑΚΟ .

ἄνδρ)ας στά(διον
Ἀνδ)ροσθένης,
παῖδας δίαυλον
Π)α(ρ)μενίσκος Ἀλεξ(άνδρου,
ἄνδρας δ(ίαυ)λον
. . . . . .
παῖδας πυγμήν
Δ)άιππος Εὐμάκο(υ,

ΑΝΔΡΑΣΓΥΓΜΗΝ	*ἄνδρας πυγμήν*
. ΕΙΡΑΙΟΣ ΛΥΚΙΝΟΥ	*Π)ειραῖος Λυκίνου,*
ΓΑΙΔΑΣΓΑΓ	*παῖδας παγ)κράτιον*
. ΓΙΝΙΚΟΣ	*Ἐπίνικος*

Nihil hic victorum catalogus præ ceteris memorabile habet. V. 8. *Εὐμάκου* pro *Εὐμάχου* scriptum videtur.

14.

Larissæ in sepulcreto orientali.

ΔΗΜΑΡΧΟΥΤΟΥ	*Δημάρχου τοῦ*
ΑΜΙΕΥΟΝΤΟΣ . .	*τ)αμιεύοντος (τῆς πόλεως τὴν . ἑ-*
ΞΑΜΗΝΟΝΤΗΝΕΠΙΣ . .	*ξάμηνον τὴν ἐπὶ σ(τρατηγοῦ . .*
ΟΥΚΙΕΡΙΕΩΣΤΑΤΕΥΟ	*ου Κιεριέως, τα(γ)εύο(ντος . .*
. . ΟΥΔΑΜΩΝΟΣΤΟΥ	*. . ου Δάμωνος τοῦ . . .*
. . . ΝΔΡΟΥΤΟΥΠΟΛ	*. . . ἀ)νδρου τοῦ Πολ . .*
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΥ	*γυμνασιάρχου*
. . . ΙΣΚΟΥ ΤΟΥ	*. . . τό)κου τοῦ*

Propter quæstoris et gymnasiarchi mentionem fragmentum hoc tabularum ad gymnasia expensi putaverim. Hic non quæstor solum, sed etiam prætor semestri magistratu fungitur, quoniam *τὴν ἑξάμηνον τὴν ἐπὶ στρατηγοῦ* legimus. Nomen prætoris deletum est, patria restat; Cieriensis est ex Cierio, Thessaliæ urbe ad Cuarium fluvium sita, de qua videndus Leake Northern Greece IV, p. 498, et inscriptio n. 217.

15.



τοῖς τεχνίταις.

Larissæi theatri parva hodie vestigia extant; vix forma caveæ in acclivi colle apparet, sedes gradusque marmorei paucis admodum exceptis omnes sublati sunt. Ex his sedibus una propter inscriptas literas commemoranda est. Notissimæ sunt inscriptiones illæ Syracusani theatri, ubi in præcinctione nomina cuneorum scripta sunt, *Βασιλίσσας Φιλιστίδος*, *Βασιλίσσας Νηρηΐδος*, *Διὸς Ὀλυμπίου* et c. (v. Göttling in Museo Rhenano 1834, p. 103, Th. Mommsen ibid. 1846, p. 625). Hic vero in ipsa sede inscriptum legitur, cui destinatus fuerit hic spectandi locus. Verba *τοῖς*

τεχνίταις primum in exteriore sedis ora insculpta erant, mox quum hæc temporis iniuria rupta esset, in ipsa superficie sedis, et ibi quidem maioribus literis, quo plus loci erat, exarata sunt. Neutram inscriptionem admodum antiquam esse et literarum forma et usus diphthongi ει pro ι ostendit. — Non absimilis generis altera videtur inscriptio, Naxia C. I. 2421: ἀρχιερέως Ἀριστάρχου τόπος προκατέχεται.

Artifices, qui hic propriis spectaculis honorati sunt, scenici videntur artifices, οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίται, quorum collegia per totam Græciam in summa honore fuisse novimus, v. Welcker Tragoed. Græc. p. 1304 sqq. Sacrosanctos eos secundum Apollinis oraculum Ætolorum lex esse iussit, v. C. I. 3046, v. 15, et immortalis eorum gloria prædicatur Corp. Inscr. 3067, v. 16 sqq.: ἡ παρὰ τῶν τεχνιτῶν ἀθάνατος δόξα, οὓς καὶ θεοὶ καὶ β(ασιλεῖς καὶ πάντες Ἑλ)ληνες τιμῶσιν, δεδωκότες τήν τε ἀσυλίαν καὶ ἀσφάλειαν πᾶσι (καὶ πολέμου καὶ εἰ)ρήνης, κατακολουθοῦντες τοῖς τοῦ Ἀπόλλωνος χρησμοῖς. Est hæc inscriptio, ut C. I. n. 3068 et 3082, decretum honorarium nobilissimi illius Ionici collegii, quod primum Tei, tum Ephesi, Strabonis autem ætate Lebedi habitabat (v. Strab. XIV, 1, p. 179 Tauchn.); præscriptum est τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν τῶν ἐπ' Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου καὶ τῶν περὶ τὸν καθηγημόνα Διόνυσον. Iidem in Tralliana inscr. n. 2933 brevius vocantur ἡ σύνοδος τῶν ἀπὸ Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου. Alterum Smyrnæ novimus collegium τῶν περὶ τὸν Βρεισέα Διόνυσον C. I. 3176 et 3190. Atheniensibus autem artificibus proprium sacrarium, propria Vesta et curia, βουλευτήριον, prope portas Ceramici erat, v. Philostrat. Vit. Sophist. II, 8, 2. Hi Athenionem legatum a Mithridate redeuntem magnifice accipientes, novique Bacchi nuntium appellantes, futuræ ei tyrannidis omen auspiciumque faciunt, v. Athen. V, p. 213 d. e. Huius collegii decretum honorarium Eleusine inventum edidit Welcker in Mus. Rhen. 1843, p. 318. Posterioris temporis est ἡ ἱερὰ Ἀδριανὴ Ἀντωνείνη θυμελικὴ περιπολιστικὴ μεγάλη σύνοδος τῶν ἀπὸ τῆς οἰκουμένης περὶ τὸν Διόνυσον καὶ αὐτοκράτορα Καίσαρα Τίτον Αἴλιον Ἀδριανὸν Ἀντωνεῖνον Σεβαστὸν Εὐσεβῆ, νέον Διόνυσον, τεχνιτῶν, quorum decretum C. I. n. 349. In Bacchica Ptolemæi Philadelphi pompa præcipuas patet eorum partes fuisse, v. Athen. V, p. 198, c. Cypri novimus ex C. I. 2620 τὸν ἀρχιερεύοντα τῆς πόλεως καὶ τῶν περὶ Διόνυσον καὶ θεοὺς Εὐεργέτας τεχνιτῶν. Corcyræa inscriptio n. 1845 donatam continet in salaria eorum pecuniam, Aphrodisienses 2758 et 59 præmia eorum in ludis Lysimachiis, τὰ τῶν ἀπὸ τῆς συνόδου θέματα, enumerant. Cognati generis sunt athletarum collegia, ut ἡ σύνοδος τῶν ἐν Ἰσθμῷ καὶ Νεμέᾳ τεχνιτῶν C. I. 3038 C, Keil Syllog. inscr. Boet. p. 81, et ἡ Ὀλυμπιακὴ σύνοδος τῶν ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἱερονεικῶν καὶ στεφανειτῶν C. I. 2931, tum collegium mystarum Cereris Smyrnæ ἡ σύνοδος τῶν μυστῶν τῆς μεγάλης θεᾶς πρὸ πόλεως Θεσμοφόρου Δήμητρος C. I. 3194, 3199, 3200, 3176 B, quorum magistratus enumerantur 3173: ἱερεύς, στεφανηφόρος, ἀγωνοθέτης, ξυστάρχης, διοικέτης.

16.

Thaumacis prope forum et deversoria in via quadam.

. . . . \ Λ Ι Χ . .
. . Α . . . . Π Ρ Ο Ξ Ε Ν Ι Α Ν Ε Π Ι . . . . . .
Α Σ Υ Λ Ι Α Ν Α Σ Φ Α Λ Ε Α Ν Ε Ν Κ Τ Η Σ Ι Ν
Α Τ Ε Λ Ε Ι Α Ν Π Α Ν Τ Ω Ν Κ Α Ι Π Ο Λ Ε Μ Ο Υ Κ Α Ι
Ε Ι . . Ν Α Σ Ε Ν Τ Ο Ν Α Π Α Ν Τ Α Χ Ρ Ο Ν Κ Α Ι Α Υ Τ Ω
. Α Ι Ε Κ Γ Ο Ν Ο Ι Σ Κ Α Ι Ο Σ Α Τ Ο Ι Σ Α Λ Λ Ο Ι Σ Π Ρ Ο Ξ Ε Ν Ο Ι Σ
. Α Ν ¯ Α Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ω Ν Π Ο Λ Υ Μ Ν Α Σ Τ Ο Υ Π Ο Λ Ε Μ Α Ι
. Υ Ε Π Ι Α Λ Ο Υ Ε Ν Γ Υ Ο Σ Τ Α Σ Π Ρ Ο Ξ Ε Ν Ι Α Σ Ε Υ Ρ Υ
Μ Α Χ Ο Σ
. . Α Θ Α Τ Υ Χ Α Ι Π Ο Λ Ι Σ Θ Α Υ Μ Α Κ Ω Ν Ε Δ Ω Κ Ε Α Κ Ρ Ο Μ Ε
. . Ↄ Ν Ε Ι Α Ρ Ι Σ Τ Ο Β Ο Υ Λ Ο Υ Λ Α Μ Ι Ε Ι Π Ρ Ο Ξ Ε Ν Ι Α Ν Ε Π Ι Ν Ο
. . Α Ν Α Σ Υ Λ Ι Α Ν Α Σ Φ Α Λ Ε Ι Α Ν Ε Ν Κ Τ Η Σ Ι Ν Α Τ Ε Λ Ε Ι
Α Ν Π Α Ν Τ Ω Ν Κ Α Ι Π Ο Λ Ε Μ Ο Υ Κ Α Ι Ε Ι Ρ Α Ν Α Σ Ε Ν Τ Ο Ν Α
Π Α Ν Τ Α Χ Ρ Ο Ν Ο Ν Κ Α Ι Α Υ Τ Ω Ι Κ Α Ι Ε Κ Γ Ο Ν Ο Ι Σ Κ Α Ι Ο Σ .
Τ Ο Ι Σ Α Λ Λ Ο Ι Σ Π Ρ Ο Ξ Ε Ν Ο Ι Σ Π Α Ν Τ Α Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ω Ν Π Ο . .
Μ Ν Α Σ Τ Ο Υ Π Ο Λ Ε Μ Α Ι Ο Υ Ε Π Ι Α Λ Ο Υ Ε Ν Γ Υ Ο Σ Τ Α Σ Π Ρ Ο
Ξ Ε Ν Ι Α Σ Ε Υ Ρ Υ Μ Α Χ Ο Σ

Λ)α(μιεῖ) προξενίαν ἐπι(νομίαν
ἀσυλίαν ἀσφάλεαν ἔνκτησιν
ἀτέλειαν πάντων καὶ πολέμου καὶ
εἰ(ρά)νας ἐν τὸν ἅπαντα χρόν(ον) καὶ αὐτῶ
κ)αὶ ἐκγόνοις καὶ ὅσα τοῖς ἄλλοις προξένοις
π)άντα· Ἀρχόντων Πολυμνάστου Πολεμαί-
ο)υ Ἐπιάλου, ἔνγυος τᾶς προξενίας Εὐρύ-
μαχος.
Ἀγ)αθᾶ τύχᾳ πόλις Θαυμακῶν ἔδωκε Ἀκρομε-
. . ονει Ἀριστοβούλου Λαμιεῖ προξενίαν ἐπινο-
μί)αν ἀσυλίαν ἀσφάλειαν ἔνκτησιν ἀτέλει-
αν πάντων καὶ πολέμου καὶ εἰράνας ἐν τὸν ἅ-
παντα χρόνον καὶ αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις καὶ ὅσ(α
τοῖς ἄλλοις προξένοις πόντα· Ἀρχόντων Πο(λυ-
μνάστου Πολεμαίου Ἐπιάλου, ἔνγυος τᾶς
προξενίας Εὐρύμαχος.

Honores hospitii publici Thaumacenses duobus Lamiensibus decernunt, et quidem eodem anno, quoniam *ἄρχοντες* iidem nominantur tres viri (cf. ad n. 52), idemque hospitii præs. — V. 3.

ἀσφάλεαν vitiose scriptum pro *ἀσφάλειαν*, v. 5. *χρον* pro *χρόνον*; v. 10 forsitan *Ἀκρομε(τ)όνης* legi possit. — De usu præpositionis *ἐν* cf. not. ad n. 2, v. 4; de forma *Πολεμαῖος* ibid. v. 2. *Ἐπίαλος* (v. 8 et 16) *Ἐφιάλτης* est, vid. Ahrens de dial. I, p. 43.

Plura eiusdem generis monumenta eodem fere loco inveniuntur, sed ita pleraque affecta ut paucae literæ agnosci possint. Eum quoque lapidem, quem edidit Leake North. Gr. n. 16, Boeckh C. I. n. 1771—72, vidi, sed non integrum amplius, nam dextra pars abrupta erat. Contuli quantum potui, et affirmare possum, Leakium in 1771, v. 6, recte *ἐν τὸν ἅπαντα χρόνον* legisse, non *ἐπί*. V. 9 ΛΕΩΝΙΔΑ legi. V. 11 ΠΟΛΥΜΝ.ΑΣΤΟΣ; nomen *Πολύμναστος* ex nostra inscriptione certum est; videtur operarius literam vitio geminatam ipse litura correxisse. — N. 1772, v. 1 ΠΥΡΡΙΑΙ extat, ut viri nomen *Πυρρίας* fuerit, non *Πύρρας*, quod vix Græcum puto, nec in C. I. n. 85 inferendum. V. 2 ΕΥΕΡΓΕΤΑΙ cum Ι scripsi.

17.

Oloossone in monasterio.

. . . . ΛΤΟΕΓΝΙΟΥ
ΒΙΟΥΤΟΥΑΥΤΟΒΟΥΛΟΥ
ΜΙΟΥΑΝΔΡΟΜΑΧΟΥΤΟΥΚΛΕΑΓΟ
ΧΑΙΡΕΣΙΑΣΥΝΤΕΛΕΙΤΑΙΣΩΠΑ
ΝΟΣΛΕΥΚΙΟΥΥΙΟΣΡΩΜΑΙΟΣ
ΑΙΝΗΜΩΝΠΟΙΕΙΤΑΙΤΗΝΠΑΡΕ
ΕΚΑΙΤΗΗΜΕΤΕΡΑΙΠΟΛΕΙΤΟΙ
ΟΣΓΙΝΕΤΑΙΣΥΝΠΑΡΕΧΕΙΝΑΠ
ΠΟΥΔΗΣΚΑΙΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣΟΥΔ
ΩΝΠΡΟΣΤΗΝΠΟΛΙΝΗΜΩΝΔΙΑ
ΥΚΙΟΝΑΚCΥΤΙΟΝΚΑΙΤΟΥΣΕ
ΑΡΧΕΙΝΑΥΤΩΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙΣ
ΕΙΑΝΑΣΥΛΙΑΝΚΑΙΠΟΛΕΜΟΥΚ
ΡΙΑΠΑΝΤΑΟΣ.ΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣ
ΑΥΤΩΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙΣΚΑΙ..ΥΣΕ

. . .
. . *βίου τοῦ Αὐτοβούλου*
. *μίου Ἀνδρομάχου τοῦ Κλεαγό(ρου*
. . . . . *συντελεῖ ταῖς ?*
. . *νος Λευκίου υἱὸς Ῥωμαῖος* . .
. . . *ἡμῶν ποιεῖται τὴν παρε* . . .
. *καὶ τῇ ἡμετέρᾳ πόλει το*
ος γίνεται συνπαρέχειν απ . .
σ)πουδῆς καὶ φιλοτιμίας οὐδ(εμιᾶς
ων πρὸς τὴν πόλιν ἡμῶν δια(τέλει, πρόξενον
εἶναι Λε)ύκιον Ἀκούτιον καὶ τοὺς ἐ(κγόνους αὐ-
τοῦ καὶ ὑπ)άρχειν αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις . . .
ἀτέλ)ειαν ἀσυλίαν καὶ πολέμου κ(αὶ εἰρήνης . .
ρι ἅπαντα ὅσ(α) καὶ τοῖς ἄλλοις (προξένοις
αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις καὶ (το)ὺς ἐ . .

Fragmentum decreti quo hospitium publicum et qui cum eo coniuncti sunt honores Lucio cuidam Acutio Lucii filio Romano decernuntur. Acutius nomen antehac ignotum, Acutianus extat C. I. 3175.

18.

Ad *Phalannam* hoc monumentum pertinet, quod hodie *Turnabi* in ecclesia metropolitana scamnum sellæ episcopalis est. Dextra pars sub ipsa sella latet; reliqua sanctissimis pedibus tam trita sunt, ut nesciam an venia lectoris publicanti imploranda sit.

. . . . I I Ω N K A I
A N Ꮭ . . . Ͽ P A N K A I T A P A X H N
I Θ A I T A I Σ . . ᴧ Λ Y Σ A Σ A I T A Σ M I
T Ω M Γ P A Γ M A . Ω N A Y T O Y A Γ .
. . T A Γ A Σ H Σ Φ I Λ . N Θ P Ω Γ I A
. . I A Θ Y Σ A Σ T Ω N . . . . I O Λ A
. E Λ I Γ . . . . N E I A .
. A T A I . . . . N E K A
. Φ E I Λ O . . . . A T A Λ E I .
. . Σ T C Y Γ I . . . .
Ͽ Y M I A N . . . . E Λ Y Σ
A N C I K I . T Ω . . . . T A Σ I N A N
Ͽ M O N . . . . E N Y H Φ I Σ
Γ I Σ . . . . Σ O Y N
. . . . Σ O Y .
E . . . . Y Γ E
. . . . Ͻ N K P O N
Y N . . . . E Γ A I N E
A Γ O Λ Λ O N I . . . . Ω N I O .
O M M E C . . T . . . . . . I Δ I A .
\ A Σ E . . . . Δ E T Ω
Λ A Θ C . . . . E . H M .
E . . . . E K Γ .
. . . . N E Γ I
A I T . . . . I M E Θ I
. A I Δ . . . . A N I
I K Λ I E I Ξ . . . . C A I N I
. . . K Λ . . . . E I K A I A
A I E M I O . . M Ω I Λ . . . . . I I I
E A Λ Ω N A ═ Γ
I O N A . . . . T E Φ A
O N K . . . . Σ Ω I I A I
N T Ω Ͱ C . . T P ᴧ . . . . . . Ω T . .
I A . A I Γ A I . . . . P A Ψ A
H Φ I Σ M A E I Σ . . . . . O I O N H N
I H N I . . . . O T O Y N
I A Δ O . . . . I Δ Ω Σ
T I O Δ H M O Σ Φ A Λ A N N A I Ω N E
N A Γ O Δ I Δ O N A I T O I Σ A Y T O Y E Y

. .
διαφο)ρὰν? καὶ ταριχὴν
λύσασαι τὰς
τῶμ πραγμά(τ)ων αὐτοῦ ἀπ.
πάσης φιλ(α)νθρωπία(ς
θύσας τῶν
. .
. . .
δ)φειλο . . .
. . . .
προ)θυμίαν . .
. . .
. . . *ἐν ψηφίσ(ματι?*
. . .
. . .
. . .
. . .
. . *ἐπαινέ(σαι* . .
᾿Απολλ(ω)νί(δου Γυρτ)ώνιο(ν?
. . . . *δια(τέλει*
. . .

. .

. .

ἀν)άλω(μ)α ? ═ *πέντε*

γ)ράψα(ι τὸ ψ-
ήφισμα εἰς
. .
. .
. ὁ δῆμος Φαλανναίων . . .
. ἀποδιδόναι τοῖς αὐτοῦ εὐ(εργέταις

Decreto hoc Phalannæorum populus Apolloniden quendam, sive Gyrtonium sive Crannonium laudare videtur propter humanitatem animumque semper in reipublicæ commoda promptum ac paratum vel in discordiis componendis vel in ære alieno solvendo; nam v. 30 computationem quandam summæ alicuius fieri arbitror.

19.

Pheris in sepulcreto.

ΗΜΗΤΡΙ . . .
ΕΚΙΑΙΚΑ . . .
. . .
. . .
. . .
ΟΙΚ . ΝΟΙΑΡΧΟΝ . . .
ΕΝΟΥΔΗΜΗΤΡΙΟΣΑΙΤΩ . Ο[ΝΟ . .
ΟΣΕΥΑΝΔΡΟΥ[ΔΗΜΗΤΡ . . ΣΕ . . . Ν Ε . .
. ΔΗΜΗΤΡΙΕΥΣΑΝΗΡΚΑΛΟ[ΚΑ . . .
ΝΕΝΟ . . . .
ΡΕΤΗΣΚΑΙΟΞΗΣΚΑΙ . . . ΙΝΤ . . Α . .
ΩΝΑΙΤΗΣΠΟΛΕ . . . .
. ΣΠΑΓΙΟΝΑΣΑΡΧΑ . . . . . ΣΤΕΙΣΕΜΠΑΣ . .
ΙΕΝΟΣΑΥΤΟΝΑΝΕΙ . ΑΙΠ . . ΝΙΙ . ΝΓΕΜ . . ΝΗ¯
ΑΙΑΝΥΠΑΥΤΟΥΑΠΟΔΕΕΙΝ . . . . Ε . . . . ΥΠ .
ΑΛΑΒΩΝΤΗΝΑΡΧΗΝΚΑΙΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣΑ . .
. Η]ΠΡΟΤΕΡΟΝΥΙ/ΑΥΤΟΥΑΝΟΣΠΡΟΦΗΤΑΤΕΚΑ
ΟΧΕΝ . ΕΙΩΣΚΑΙ . . . ΝΔΗΜΟΣ . . . .
ΑΛΥΣΙΤΕΛΗΣ . . ΡΙΠΕΠΟΙΗΚΕΝ . .
ΑΓΚΑΙΟΤΑΤΟΝ . . . . . . ΜΑΓΝΗΣ . .

Lapis tam male habitus est, ut vel ex paucis quas notavimus literis non paucæ incertæ sint. Supplendi laborem felicioribus ingeniis permittimus. V. 4. Demetrius quidam Ætolus (?) nominatur. Mox Euandri cuiusdam filius Demetriensis propter iustitiam laudatur. Idem magistratum quendam suscepisse (v. 13 (*παρ*)*αλαβὼν τὴν ἀρχήν*) et in discrimine rempublicam servasse videtur (v. 16. *λυσιτελὴς* (*πε*)*ριπεποίηκεν* . . 17. *ἀν*)*αγκαιότατον*).

20.

Pheris in æde S^ti Charalampi basis statuæ hæc habet.

ΚΛΙΟΜΑΧΟΣ	*Κλιόμαχος*
ΜΟΛΟΣΣΕΙΟΣ	*Μολόσσειος*
ΑΣΚΛΑΠΙΟΥ	*᾿Ασκλαπίου.*

Cleomachus Molossi filius Æsculapio. *Κλιόμαχος* Æolice pro *Κλεόμαχος* ut in Metropolitana inscr. ap. Leak. n. 219, 12, Ahrens de dial. II, p. 530; nam apud Æoles Doresque *ε* ante *ο* sæpe in *ι* transit, ut *χρύσιος, σιδάριος, ὅσιον, θιός,* v. Ahrens I, p. 79 sq., II, p. 121 sq. Boeoti iam vulgo hoc faciunt, quorum est *χρίος, κλίων* al. v. Ahrens I, p. 179, II, p. 518. — *Μολόσσειος* adiectivum patronymicum est, Molossique filium indicat. De his adiectivis in *εος* aut *ειος* exeuntibus disputavit Ahrens de dial. I, p. 214 sq. (cf. II, p. 526 et Bergk Beiträge zur gr. Monatskunde p. 15 sq.), eamque rationem inde ab Homero — apud quem *Τελαμώνιος Αἴας* et *Ποιάντιος υἱός* sunt — et Pindaro — cuius est *Κρόνιε παῖ Ῥέας* et *Δεινομένεις παῖ* — per plurimas Boeoticas inscriptiones persecutus est. Neque in Thessalia minus est frequens antiquiore quidem tempore, ut recte monuit Leake North. Greece IV, p. 443. *Πολεμαρχιδαῖος* iam notus erat ex C. I. n. 1766; plura vid. apud Ahrens II, p. 535; in nostris *Αὐτονόει(ος)* 21, *Ποντάλεια* et *Τιτύρεια* 23, ubi vid. not., *Δαμονίκεια* 24, *Εὐ)άνδρειος* 25, *Νικολάειος* 28, *᾿Αντικράτεια* 50; tum *᾿Αργάλειος* et *᾿Ασιοκράτειος* in Revue Archéologique 1844, p. 316. — *᾿Ασκλαπίου* dativus Thessalicus est, vid. ad n. 23. Itaque donarium habemus Æsculapio dedicatum; cf. n. 1.

21.

Larissæ in ædibus archiepiscopi.

. . .	*(ὁ δεῖνα)*
ΑΥΤΟΝΟΕΙC	*Αὐτονόει(ος*
ΟΝΕΘΕΙΚΕ	*ὀνέθεικε*
ΤΟΝΓΟΤΕΙΛC	*τ(ῷ) Ποτειδ(ᾶ-*
ΝΙΓΕΡΤΟΙΓΑ	*νι (ὑ)πὲρ το(ῦ) πα-*
Λ . ΞΑΥΤΟΝΟΟ	*(τρὸς) Αὐτονόο(υ. ?*

In hoc titulo restituendo forsitan iusto audacius coniectura usus sim. V. 2. *Αὐτονόει(ος* adiectivum patronymicum videtur, Autonoi filius, vid. ad n. 20. — V. 3. *ὀνέθεικε* i. e. *ἀνέθηκε* ut C. I. 1766, v. Ahrens dial. I, p. 76.

22.

Oloossone in monasterio.

ΑΔΕΙΑΚΑΛΛΙCΤΡΑΤΟΥΑΡΙCΤΟ	*᾿Αδεια Καλλιστράτου ᾿Αριστό-*
ΔΗΜΟΝΤΟΝΕΑΥΤΗCΠΑΠΠΟΝΕΚΤΩΝ	*δημον τὸν ἑαυτῆς πάππον ἐκ τῶν*
ΙΔΙΩΝ	*ἰδίων.*

Tituli sepulcrales.

23.

Larissæ in sepulcreto occidentali extat, non, ut Le Bas dixit, *Triccæ*.

ΓΟΥΤΑΛΑΓΟΥΤΑΛΕΙΑΚΟΡΑ
ΤΙΤΥΡΕΙΑΓΥΝΑ
ΩΛΕΟΔΗΣΤΥΓΕΡΩΙΘΑΝΑΤΩΙΓΡΟΛΙΓΟΥΣΑΤΟΚΗΑΣ
ΓΩΤΑΛΑΕΓΓΑΣΤΡΟΣΚΥΜΟΤΟΚΟΙΣΟΔΥΝΑΙΣ
ΟΥΤΕΓΥΝΗΓΑΜΓΑΝΚΕΚΛΗΜΕΝΗΟΥΤΕΤΙΚΟΥΡΗ
ΓΕΝΘΟΣΓΑΤΡΙΛΙΓΕΣΜΗΤΡΙΤΕΤΗΙΜΕΛΕΑΙ
ΕΡΜΑΟΥΧΘΟΝΙΟΥ

Πούταλα Πουτάλεια κόρα
Τιτύρεια γυνή.
Ὤλεο δὴ στυγερῷ θανάτῳ προλιποῦσα τοκῆας
Πωτάλα ἐγ γαστρὸς κυμοτόκοις ὀδύναις,
οὔτε γυνὴ πάμπαν κεκλημένη οὔτε τι κούρη,
πένθος πατρὶ λίπες μητρί τε τῇ μελεᾷ.
Ἑρμάου Χθονίου.

Potala Potali filia
Tityri uxor.
Heu foeda linquens periisti morte parentes,
Potala, Lucinæ pressa labore gravi.
Uxor nec tibi nomen erat prorsus neque virgo.
Luget matris amor infelixque pater.
Mercurio Inferno.

Edidit hunc titulum iam Le Bas in Revue archéologique 1844 p. 315 (et repetiit Keil Sylloge Inscr. Boeot. p. 76); sed quædam non recte scripserunt; v. 2 articulum addiderunt: *ἁ Τ. γυνά*, quod nec in lapide extat nec cum sermonis usu congruit; v. 5 *οὐκέτι* æque vitiose pro *οὔτε τι*.

Admiramur in hac inscriptione primum linguæ inconstantiam. Nam quum titulus ipse vulgari Thessalorum sermone scriptus sit, in versibus aliæ passim ex diversis dialectis formæ adsciscuntur (cf. infr. n. 43), pro *κόρα* epicum *κούρη*, pro *Πούταλα Πωτάλα*, quæ vulgatior videtur forma, nota ex C. I. 2675, b, 10 viri Macedonis nomine. *Ου* pro *ω* Thessalicum est, velut *Ἄπλουν* pro *Ἀπόλλων*, *Κραννούνιος*, *γνούμα*, *ὀνάλουμα*, alia, imprimis dativi singul. sec. decl. et genitivi pluralis in *ου* et *ουν* exeuntes, vid. Ahrens de dial. I, p. 220, II, p. 533. In hac ipsa inscr. *Ἑρμάου Χθονίου* est pro *Ἑρμάῳ Χθονίῳ*; *Ἀσκλαπίου* supra n. 20, infr. 43; cf. ad n. 24. — *Πουτάλεια* et *Τιτύρεια* adiectiva sunt eius generis, de quo diximus ad n. 20. Hic iam, quoniam *Τιτύρεια* non patris, sed mariti nomine dicitur, vera apparet esse adiectiva possessiva, non patronymica tantum, de quo

dissenserunt VV. DD. — *κυμοτόκος* vocabulum *ἅπαξ λεγόμενον*, nisi quod *κυοτόκος* medicorum est, significat *ὅ τι κῦμα τίκτει*, *quod foetum parit s. fundit*; quare *κυμοτόκοι ὀδύναι* parturiendi dolores sunt.

Ἑρμάου Χθονίου iure animadvertit Reinerius in Revue Archéol. 1844, p. 317, eadem ratione positum esse qua tam sæpe *Θ. Κ.* i. e. *Θεοῖς Καταχθονίοις* et apud Latinos *D. M.* i. e. *Dis Manibus*. Mercurio autem Inferno sive *ψυχοπόμπῳ* sepulcralia monumenta consecrabant Thessali; in Crannonio lapide apud Leak. n. 150 est *Ἑρμάο(υ Χθονίου*, in altero, qui Larissæ in eodem sepulcreto invenitur, *Ἀλεξόμενος Ἀργάλειος* — sic scriptum est, nec ulla est causa cur in *Ἁρπάλειος* mutetur — *Ἑρμάου Χθονίου*. Notanda est etiam Thessalica nominis forma *Ἕρμαος* pro *Ἑρμείας*, cf. not. ad n. 8, v. 1.

24.

Ibidem.

ΜΕΛΑΝΘΟΥ ΔΑΜΟΝΙΚΕΙΑ — *Μελάνθου Δαμονίκεια.*

Μελάνθου dativus videtur pro *Μελάνθῳ*, vid. ad n. 23; cf. infra n. 44, 49, 50.

25.

Ibidem.

ΦΙΛΟΦΕΙΡΟΣ — *Φιλόφειρος*
. . ΑΝΔΡΕΙΟΣ — *Εὐ)άνδρειος.*

Philophirus Euandri filius. *Φιλόφειρος* est *Φιλόχειρος*; nam apud Æoles Thessalosque aspiratas inter se permutari novimus, ut *αὔφην* pro *αὐχήν*, *δαύχνα* pro *δάφνη*, *φῆρες* pro *θῆρες*, *Φαρκαδών* pro *Χαλκηδών* dicatur, v. Ahrens de dial. I, p. 42 et 219.

26.

Ibidem.

Δ . ΜΑΚΟΣΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ — *Δ. μακος Ἀρτεμιδώρου*
ΦΑΡΔΟΥΚΟΣ — *Φαρδοῦχος.*

Viri nomen incertum est; an *Δάμακος*? Magis etiam offendor in eo quod sequitur *Φαρδοῦχος*; nescio an *Χαρδοῦχος* sit, vel *Καρδοῦχος*, qui Asiæ populus ex Xenophonte notissimus est.

27.

Ibidem.

ΑΘΑΝΟΓΕΝΕΙΣ — *Ἀθανογένεις.*

Ἀθανογένεις i. e. *Ἀθανογένης* secundum Boeoticum morem, ut *Ἀντιγένεις* et similia, vid. Ahrens I, p. 184.

28.

Ibidem in sepulcreto orientali.

ΙΣΑΓΟΡΑΣ	Ἰσαγόρας
ΝΙΚΟΛΑΕΙΟΣ	Νικολάειος.

29.

Ibidem.

ΠΕΤΑΛΛΙΣ	Πεταλλίς.

Novum nomen lexicis accedat; *Πετάλη* est apud Antiphanem.

30.

Ibidem. Infra eques sculptus spectatur.

ΝΙΚΗΦΟ . . .	Νικηφό(ρος
ΕΙϹΑΓΟΡΟΥ	Εἰσαγόρου.
ΗΡΩΣΧΑΙΡΕ	ἥρως χαῖρε.

Sero demum apud Thessalos ut apud Athenienses institutum est, ut mortui heroicis honoribus colerentur, quum apud alios populos satis antiquus hic mos fuisset, velut apud Boeotos, quos iam Plato comicus eo nomine irriserat: „Quin te suspendis, Thebis heros ut fias", vid. Keil Syllog. Inscr. Boeot. p. 153, et de universo hoc more K. F. Hermann Antiquit. divin. § 16, n. 20.

31.

Ibidem.

ϹΠΕΝΔΟΥϹΑ	Σπένδουσα
ΑΡΙϹΤΟΦΥΛΟ	Ἀριστοφύλο-
ΥΗΡΩϹΧΑΙ	υ. ἥρως χαῖ-
ΡΕ	ρε.

32.

Ibidem in sepulcreto occidentali.

ΕΥΡΥΔΑΜΑΕΥΡΥ	Εὐρυδάμα Εὐρυ-
ΔΑΜΑΝΤΟΣΓΥ	δάμαντος, γυ-
ΝΗΔΕΗΓΑΚΛΕΙΔΟΣ	νὴ δὲ Ἡγακλείδο(υ),
ΗΡΩΙΣ	ἡρωΐς.

Mariti nomen *Ἡγακλείδης* videtur; *Ἡγεκλῆς* ex numis Ephesiis notus est, v. Mionet. III, p. 85; *Καλοκλείδης* est infra n. 52.

33.

Ibidem.

ΛΟΥΚΙΟΣΔΙΟ	*Λούκιος Διο-*
ΝΥΣΙΑΝΤΗΝΕ	*νυσίαν τὴν ἑ-*
ΑΥΤΟΥΣΥΜΒΙ	*αυτοῦ σύμβι-*
ΟΝΜΝΕΙΑΣΧΑ	*ον μνείας χά-*
ΡΙΝΗΡΩΣΧΡΗΣΤΕ	*ριν. Ἥρως χρηστὲ*
ΧΑΙΡΕ	*χαῖρε.*

In muliere proprie *ἡρωΐς* dicendum erat, ut 32, sed sæpius retinetur masculina forma *ἥρως*, ut 31; cui cum adiectivum additur, raro feminini generis est, *χρηστή*, ut C. I. 1789, Leake n. 9, plerumque masculini, *χρηστέ*, ut hoc loco.

34.

Ibidem.

ΑΙΘΡΑΗΡΑΙΣ	*Αἴθρα Ἡραΐς*
ΣΟΠΑΤΡΑΣ	*Σοπάτρας.*
ΗΡΟΣΧΡΗΣΤΕ	*ἥρος χρηστὲ*
ΧΑΙΡΕ	*χαῖρε.*

Miror *ο* pro *ω* positum in tam recenti titulo, cf. n. 40. Aethra Sopatræ filia *Ἡραΐς* est, i. e. ex Heræa Arcadiæ urbe.

35.

Ibidem. Quæ supra literas anaglypho opere expressa erant, eraserunt Turci.

ΑΘΡΕΠΤΗC	*Ἀθρέπτης.*

Novum nomen lexicis accedat.

36.

Ibidem.

ΓΑΦΡΟΔΙCΙΑ	*Ἀφροδισία*
ΓΥΝΗΑΝΤΙΡΟC	*γυνὴ Ἄντι(γ)ος.*

Titulus negligentissime scriptus; Γ e secundo versu per errorem operarii in priore temere repetitum. *Αντιρος* quid sit, ignoro; *Ἄντιγος* legendum videtur, nam *Antix* Caricum nomen est, v. Corp. Inscr. n. 2700. c.

37.

Ibidem.

CΠ . ΥΛΛΩΝ	. . . .
ΝΕΙΚΑΝ°Ρ□C	*Νεικάνορος*
ЄΤΩΝЄΙΚΟCΙ	*ἐτῶν εἴκοσι.*
ΗΡΩCΧΡΗCΤЄ	*ἥρως χρηστὲ*
ΧΑΙΡЄ	*χαῖρε.*

38.

Ibidem.

ΤΙΤΟCΤΙΤΟΝΤΟΝ	*Τίτος Τίτον τὸν*
ΥΟΝΜΝЄΙΑCΧΑΡΙΝ	*ὑὸν μνείας χάριν.*
ΗΡΩCΧΡΗCΤЄ	*ἥρως χρηστὲ*
ΧΑΙΡЄ	*χαῖρε.*

39.

Ibidem.

ΑΝΔΡΟΝЄΙΚΟCΓΑΥ	*Ἀνδρόνεικος (Π)αῦ-*
ΛΟΝΤΟΝΙΔΙΝΑΔΕΛ	*λον τὸν ἴδι(ο)ν ἀδελ-*
ΦΟΝΜΝЄΙΑCΧΑΡΙΝΗ	*φὸν μνείας χάριν. ἥ-*
ΡΩCΧΡΗCΤЄ ΧΑΙΡЄ	*ρως χρηστὲ χαῖρε.*

ΙΔΙΝ pro ΙΔΙΟΝ operarii error est; in priore versu me puto Γ pro Π legisse.

40.

Ibidem.

ΓЄΟΡΓΙΑΦΙΛΙΠΠΟΥ	*Γεοργία Φίλιππο(ν)*
ΤΟΝЄΑΥΤΗCΑΝΔ	*τὸν ἑαυτῆς ἄνδ-*
ΡΑΜΝЄΙΑCΧΑΡ	*ρα μνείας χάρ-*
ΙΝΗΡΩCΧΡΗC	*ιν. ἥρως χρησ-*
ΤЄΧΑΙΡЄ	*τὲ χαῖρε.*

Γεοργία pro *Γεωργία*, cf. n. 34, et *πόλεος* n. 10, b. *Φίλιππον* pro *Φιλίππου* ut emendemus, necesse est.

41.

Larissæ apud templum Turcicum Myr-Bey magnus sarcophagus hæc habet inscripta:

ΑΠΟΛΛΩ . . .	*Ἀπολλω(νία ?*
Η . Α . ΛΑΝ	. . .
Τ . ΝΕΑΥ . . .	*τ(ὸ)ν ἑαυ(τῆς*
ΑΝΔ . ΑΜΝΕΙ	*ἄνδ(ρ)α μνεί-*
ΑСΧΑ . ΙΝΗΡΩ	*ας χά(ρ)ιν. ἥρω-*
. . ΡΗСΤΕΧΑ . . .	*ς χ)ρηστὲ χα(ῖρε.*

42.

Larissæ. In inferiore cippi parte canis male sculptus spectatur.

ΠΡΙΜΟСΕΥΔΗΜΟΥ	*Πρῖμος Εὐδήμου*
ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟСΗΡΩС	*ἀπελεύθερος ἥρως.*

43.

Triccæ supra portam templi *τῆς ἁγίας Παρασκευῆς.* Deest prope dimidia pars initia versuum continens.

· ΑΡΟΔΟΙΠΟΡΕΤΟΥΜΟΝΕΠΙΓΝΟΥΣ	*-αρ ὁδοίπορε τοὐμὸν ἐπιγνούς*
ΜΕΝΟΣΣΤΕΙΧΕΚΑΤΑΤΡΑΠΠΟΝ	*-μενος, στεῖχε κατ' ἄτραππον.*
ΟΝΛΕΥΣΣΕΙΣΤΩΔΥΠΟΤΥΜΒΩΙ	*ὃν λεύσσεις τῶδ' ὑπὸ τύμβῳ*
ΟΥΓΗΡΥΝΥΠΟΝΤΑΤΑΦΩΙ	*ου γῆρυν ὑπόντα τάφῳ.*
. ΝΑΣΚΛΑΠΙΩΙΑΝΕΦΥΛΑΞΕΝ	*-ν Ἀσκλαπίῳ ἂν ἐφύλαξεν*
. . ΟΞΑΝΑΕΙΡΑΜΕΝΟΣ	*δ)όξαν ἀειράμενος.*
. . . ΠΙΓΝΟΥΣΑΝΔΡΑΔΙΚΑΙΟΝ	*ἐ)πιγνοὺς ἄνδρα δίκαιον*
. . . . ΩΡΟΝΕΣΕΥΣΕΒΕΩΝ	*. . χ)ῶρον ἐς εὐσεβέων.*
. . . ΤΩΝΙΑΦΕΡΣΕΦΟΝΕΙΑ	*Πλου)τωνία Φερσεφόνεια*
. . ΣΕΟΝΕΙΣ . . . . ΠΥΛΟΝ	*. . . σ(ιδηρό)πυλον ?*
. ΑΣΚΛΗΠΙΟΥΗΝΕΦΥΛΑΞΕ	*Ἀσκληπίου ἣν ἐφύλαξε*
ΝΔΟΞΑΝΑΕΙΡΑΜΕΝΟΣ	*ν δόξαν ἀειράμενος.*
ΤΩΝΚΑΘΑΓΑΝΔΕΦΥΛΑΞΑΣ	*τῶν, καθ' ἅ(π)αν δὲ φυλάξας*
ΝΔΕΛΕΛΟΝΧΕΤΑΦΟΝ	*τό)νδε λέλονχε τάφον.*
. ΣΓΕΝΟΣΕΝΠΟΛΙΗΤΑΙΣ	*. ς γένος ἐν πολιήταις*
. ᵓΩΤΟΣΑΝΑΓΡΑΦΕΤΑΙ	*. φωτὸς ἀναγράφεται.*

Utrumque epigramma in memoriam medici ut videtur eximii scriptum, non solum in eodem argumento versatur, sed duos etiam versus prorsus eosdem habet (5-6 et 11-12), Ut in notissimo

illo Sigeensi marmore (C. I. n. 8, Franz Element. n. 32), ita hic etiam dialecti diversæ sunt; prius enim epigramma magis Doricas formas exhibet, Ἀσκλαπίῳ, ἄν, quamquam est etiam γῆρυν, posterius Ionicas, ἦν, πολιήταις, Ἀσκληπίου, qui Thessalicus est dativus ut supra n. 20 et 23. — In priore epigrammate viator monetur, ut, laudibus defuncti cognitis, eadem atque ille via ingrediatur; nam quamvis nulla vox (γῆρυς) sub sepulcro sit, fidelem tamen illum Æsculapii ministrum ingentem gloriam assecutum esse, et quia iustus fuerit, iam in beatorum locis degere. Alter poëta a Plutonia Proserpina et ferreis Orci portis, nisi fallor, initio facto, eandem viri gloriam prædicat, cui propter officium in omnibus rebus constanter servatum et hic sepulcri locus tributus et honores ipsi posterisque eius a civibus decreti sunt.

44.

Oloossone in monasterio.

TIMANΔPA	*Τιμάνδρα*
MENIOY	*Μενίου.*

45.

Ibidem.

AΘHNIΩNKAIEYΘEA	*Ἀθηνίων καὶ Εὐθέα*
KΛEYΠATPANTHNΘY	*Κλευπάτραν τὴν θυ-*
ΓATEPAMNHMHC	*γατέρα μνήμης*
XAPIN	*χάριν.*

Κλεοπάτρα fuit n. 1; hic *Κλευπάτρα* secundum Æolicam vel Doricam rationem, v. Ahrens de dial. I, p. 103, II, p. 215.

46.

Oloossone in æde, quæ vocatur *Παναγίας κοίμησις*.

ANΔPAΓAΔOCEPM	*Ἀνδράγα(θ)ος Ἑρμ . . .*
MNHMHCXAPIN	*μνήμης χάριν (ἥρως χαῖρε.*
EYTYXOCANΔPA	*Εὔτυχος Ἀνδρά(γαθον τὸ-*
AIAYTOYAΔEΛΦ	*ν ἑ)αυτοῦ ἀδελφ(ὸν μνήμης*
XAPINHPΩOC	*χάριν. ἥρω(ς χαῖρε.*

47.

Damasii ad Titaresium — *Mylas* antiquorum putant — lapis quadratus hæc habet inscripta:

KYNNANATΩIA	*Κυννάνα τῷ ἀ-*
NΔPIEΠEΘHKE	*νδρὶ ἐπέθηκε.*

Κυννάνα Illyricum et Macedonicum nomen est, vid. Athen. XIII, p. 560 f., Arrian ap. Photium p. 70 Bekk., ubi *Κυνάνη* scribitur.

Huic fundamento impositus cippus videtur fuisse in eodem sepulcro inventus, ubi imagines viri volumen manu tenentis mulierisque spectantur. His subscripta:

ΠΗΝΙΟΣ ΑΓΥΝΑ	*Πηνιος — ἁ γυνά ?*

Infra hæc puer sculptus est biga vectus.

48.

In monasterio ad *Zarcum* vicum.

ΗΓΗΣΙΑΚΛΕΙΠ	*Ἡγησία Κλεΐπ-*
ΠΟΥΧΑΙΡΕ	*που χαῖρε.*

49.

Pheris in sepulcreto.

ΣΙΜΙΟΥ	*Σιμίου.*

50.

Ibidem.

ΑΝΘΡΟΥΠΥΛΑ	*Ἄνθρου Πύλα*
ΑΝΤΙΚΡΑΤΕΙΑ	*Ἀντικρατεία.*

Anthro Pyla Anticratis filia; cf. n. 24. Et *Ἄνθρος* et *Πύλα* ignota nomina sunt.

51.

Melitææ.

ΑΛΚΙΜΑΧΟΥ	*Ἀλκιμάχου*
. ΕΚΥΟΝΑΘΕΝ	*. . εκυονάθεν.*

Lapis literarum antiquitate præter ceteros insignis. Patria Alcimachi quæ fuerit, non intelligo.

II.

Inscriptiones Boeoticæ.

52.

Orchomeni in ecclesia monasterii.

ΓΡΩΤΟΜΑΧΩΑΡΧΟΝΤΟΣ	*Πρωτομάχω ἄρχοντος*
. ΟΙΩΤΥΣΕΡΧΟΜΕΝΙΥΣΔΕ	*Β)οιωτῦς, Ἐρχομενίυς δὲ*
. ΥΑΓΟΡΑΟΦΟΞΩΝΟΣΓΟΛΕ	*Ε)ὐαγόραο Φόξωνος, πολε-*
. ΑΡΧΙΟΝΤΩΝΟΝΑΣΙΜΩΘΙΟ . .	*μ)αρχιόντων Ὀνασίμω Θιο(γί-*
. ΟΝΟΣΕΛΑΣΙΓΓΩΞΕΝΟΤΙ . .	*τ)ονος, Ἐλασίππω Ξενοτί(μω,*
. ΜΙΝΑΟΤΕΛΕΣΙΓΓΩΓΡΑ .	*. μίναο Τελεσίππω, γρα(μ-*
. ΑΤΙΔΟΝΤΟΣΤΥΣΓ . .	*μ)ατίδοντος τῦς (πολ-*
. ΜΑΡΧΥΣΚΑΛΟΚΛΙΔ . . .	*ε)μάρχυς Καλοκλίδ(αο Φ-*
. ΛΟΜΕΙΛΩΤΥΙΓΡΑΤ . .	*ι)λομείλω, τῦ(ς) πρᾶτ(ον*
. ΣΤΡΟΤΕΥΑΘΗΑΘΑΝΙΑ . . .	*ἐ)στροτευάθη· Ἀθανία(ς Ἄν-*
. . ΩΝΟΣΓΟΤΑ . . .	*δρ)ωνος, Ποτα . . .*

Catalogus est novorum militum qui prima stipendia meruerunt. Duo iam noti erant eiusmodi catalogi eadem prorsus forma compositi, v. Keil Sylloge Inscr. Boeot. n. II, et III (II), ille ex Curtio Mus. Rhenan. 1843, p. 108, hic ex Leakio North. Gr. n. 37; quibus si hic accesserit, aliqua certius constitui posse videntur. Omnes eadem dialecto scripti, omnes eiusdem fere temporis sunt; duo etiam viri et in Leakiano et in nostro catalogo inveniuntur.

Incipit a magistratibus eponymis Boeotorum et Orchomeniorum: *Πρωτομάχου ἄρχοντος Βοιωτοῖς, Ὀρχομενίοις δὲ Εὐαγόρου Φόξωνος. Φόξων* nova nominis forma est; *Φόξος* tyrannus Chalcidis ap.

Aristot. Polit. V, 3. — V. 3. Sequuntur polemarchi Boeotorum: *Πολεμαρχιόντων Ὀνησίμου τοῦ Θεογείτονος, Ἐλασίππου τοῦ Ξενοτίμου, . . μίνου τοῦ Τελεσίππου,* ex quibus Onesimus iam ex inscr. III, v. 13 et 17 notus, ut de supplendi ratione dubitari non possit. Polemarchos non sex esse, sed tres, quum antea dubium esset, quia Boeoti ante patrum nomina articulos non addunt, Curtiana inscr. docuit, ubi pro genitivis adiectiva patronymica sunt. Eretriæ etiam tres polemarchi sunt, C. I. 2144; tresviros Thaumacis vidimus supra n. 16; Athenis quoque, quo tempore ad paucorum dominatum inclinabat respublica, interdum tres, non decem prætores creabantur, v. Xenoph. Hellen. I, 4 § 10 et 21; 7 § 1. — 6. *γραμματεύοντος τοῖς πολεμάρχοις Καλοκλεῖδου τοῦ Φιλομήλου. γραμματίδδοντος* cum duplici *δ* vulgaris Boeotorum forma est; hic simplex *δ* est ut in Curtiana, quod iniuria mutarunt editores; Eustathius quoque auctor est, et *γυμνάδω* et *γυμνάδδω* dictum fuisse (Ahrens de dial. p. 175); *φυλάδω* est in inscr. Cretica C. I. 3050. Caloclidas est etiam in III, 14. — 9. *οἷς πρῶτον ἐστρατεύθη*, i. e. *οἱ πρῶτον στρατευσάμενοι*, *quibus primum militatum est* s. *prima stipendia meriti.* ΤΥΙ quid sit, nescio, neque in Boeotica dialecto diphthongum *υι* inveniri arbitror, quare emendavi ΤΥΣ; Leakiana ΤΥ . . ΡΑΤΟΝ habet, quod cum nostro congruit; duorum igitur consensu falsum esse Curtium evincitur, quod in sua ΤΟΝΓΡΑΤΟΝ scripserit. Neque istud explicari potest. Curtius putavit esse *τὸν πρᾶτον ἐστροτευάθησαν*, sed nec passivum pro medio poni potest, nec in his inscriptionibus ulla alia abbreviatio invenitur; Ahrens (II, p. 517), quem sequitur Keil, *ἐστροτεύαον* maluit, forma nec Græca nec Boeotica; nam apud Boeotos 3 pers. plur. in *σαν* exit (vid. Ahr. I, p. 210), nec Græci unquam, opinor, verbum ullum in *ευαω* formarunt, sed in *ευαζω*, ut *κατασκευάζω.* Imperfectum etiam pro aoristo positum exemplis prorsus alienis allatis frustra defendit Keil p. 9. — 10. *Ἀθανίας Ἄνδρωνος* ex Curtiana v. 37 supplevi.

53.

Ibidem.

. ΕΝΙΚΗΚΟΤΕΣΕΝΤΟΙΣΧΑΡΙΤΗΣΙΟΙΣ
ΣΑΛΠΙΣΤΗΣ
. ΕΟΦΡΑΣΤΟΣΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥΑΙΓΙΝΗΤΗΣ
ΚΗΡΥΞ
ΗΡΟΤΕΛΗΣΚΑΡΩΝΟΣΘΕΣΠΙΕΥΣ
ΡΑΨΩΔΟΣ
ΜΕΝΤΩΡΑΓΟΛΛΟΔΩΡΟΥΗΡΑΚΛΕΙΩΤΗΣ
ΓΟΗΤΗΣ ΦΝΗ .
ΔΙΟΓΕΝΗΣΛΕΩΝΙΔΟΥΑΝΤΙΟΧΕΥΣΑΓΟ . .
ΑΥΛΗΤΗΣ
ΕΡΓΕΑΣΕΡΓΕΟΥΑΝΤΙΟΧΕΥΣΑΓΟΔΑ . . . .
ΑΥΛΩΔΟΣ

ΑΡΙΣΤΩΝΑΡΙΣΤΩΝΟΣΘΗΒΑΙΟΣ
ΚΙΘΑΡΙΣΤΗΣ
ΦΑΝΙΑΣΑΓΟΛΛΟΔΩΡΟΥΤΟΥΦΑΝΙΑΑΙΟ
ΛΕΥΣΑΓΟΚΥΜΗΣ
ΚΙΘΑΡΩΔΟΣ
ΙΑΛΛΩΝΓΥΘΩΝΟΣΟΓΟΥΝΤΙΟΣ
ΤΡΑΓΩΔΟΣ
ΝΙΚΟΤΕΛΗΣΚΑΤΩΝΟΣΘΕΣΓΙΕΥΣ
ΚΩΜΩΙΔΟΣ
. . . ΟΣΤΡΑΤΟΣΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥΘΗΒΑΙΟΣ

Cetera legi non poterant.

ν)ενικηκότες ἐν τοῖς Χαριτησίοις·
σαλπιστής
Θ)εόφραστος Ἀσκληπιάδου Αἰγινήτης,
κῆρυξ
Ἡροτέλης Κ(ρά)τωνος Θεσπιεύς,
ῥαψωδός
Μέντωρ Ἀπολλοδώρου Ἡρακλειώτης,
ποητής
Διογένης Λεωνίδου Ἀντιοχεὺς ἀπὸ (Δά)φνη(ς,
αὐλητής
Ἐργέας Ἐργέου Ἀντιοχεὺς ἀπὸ Δά(φνης,
αὐλωδός
Ἀρίστων Ἀρίστωνος Θηβαῖος,
κιθαριστής
Φανίας Ἀπολλοδώρου τοῦ Φανία Αἰο-
λεὺς ἀπὸ Κύμης,
κιθαρωδός
Κ)άλλων Πύθωνος Ὀπούντιος,
τραγωδός
Νικοτέλης Κ(ρ)άτωνος Θεσπιεύς,
κωμωδός
Φιλ)όστρατος Φιλοστράτου Θηβαῖος.

Catalogus est victorum in ludis Charitensibus, illi plane geminus, quem Boeckh. Corp. Inscr. n. 1584 et Oecon. Civ. Athen. II, p. 357 sqq. edidit omnique doctrinæ copia interpretatus

est; etiam ex victoribus unus utrique communis, citharista Phanias. Vix operæ pretium est notare, hic *τοῦ Φανία,* illic *τοῦ Φανίου* scriptum esse, hic *ποητής,* illic *ποητὴς ἐπῶν;* plus in primo versu variatur: hic *νενικηκότες ἐν τοῖς Χαριτησίοις,* illic solita forma *οἵδε ἐνίκων τὸν ἀγῶνα τῶν Χαριτησίων.* — V. 5. Scriba quum prius ΚΑΡΩΝΟΣ scripsisset, postea Ρ in Τ mutavit; sed hoc quoque falsum videtur, nec enim in tam antiqua inscriptione Romanum nomen *Κάτων* ullo modo ferri potest; sine dubio *Κράτων* fuit, nomen in Boeotia satis vulgare, vid. Keil Syllog. p. 68; v. 20 eiusdem viri nomen legitur.

III.

Inscriptiones Atticæ.

№. 54—68.

Exeunte anno 1845 inter Propylæa et Agrippæ statuam hæc marmora invenit Pittaces et in Propylæis exposuit. Populi scita sunt præter ultimum omnia, maior pars honores decreti, illud unum dolendum, quod tam mutila hæc fragmenta ad nos pervenerunt.

54.

. . . . ΩΣΚΑ
. . . . ΕΝΙΑΥΤΟΝΚ
. . . . ΝΗΩΣΑΡΙΣΤΑΤΗΙΑ
. . . . ΟΝΕΝΙΑΥΤΟΝΥΓΕΡΤΟΥΔΗΜΟΥΤΟΥΑ
. . . . . ΝΑΟΣΑΙΕΙΔΙΟΙΚΗΤΑΙΓΕΡΙΤΗΝΕΟΡΤΗ
. . . . . ΝΙΘΕΑΙΚΑΛΩΣΥΓΟΤΩΝΙΕΡΟΓΟΙΩΝΕΙΣ
. . . . . ΨΗΦΙΣΘΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙΤΑΜΕΝΑΛΛΑΚΑΘΑ
. . . . . ΥΕΙΝΔΕΤΟΥΣΙΕΡΟΓΟΙΟΥΣΤΑΣΜΕΝΔΥΟ
. . . . . ΑΘΗΝΑΙΤΗΙΥΓΙΕΙΑΙΚΑΙΤΗΝΕΝΤΩΙΑΡ
. . . . ΜΕΝΗΝΚΑΘΑΓΕΡΓΡΟΤΕΡΟΝΚΑΙΝΕΙΜΑΝΤ
. . . . ΕΣΙΝΓΕΝΤΕΜΕΡιΔΑΣΚΑΙΤΟΙΣΕΝΝΕΑΑΡ
. . . . ΑΙΤΑΜΙΑΙΣΤΗΣΘΕΟΥΜΙΑΝΚΑΙΤΟΙΣΙΕΡ
. . . . ΑΙΤΟΙΣΣΤ . . . ΗΓΟΙΣΚΑΙΤΟΙΣΤΑΞΙΑΡΧ
. . . . ΟΙΣΓΟΜΓ . . . . ΝΤΟΙΣΑΘΗΝΑΙΟΙΣΚΑΙΤΑ
. . . ΣΚΑΤΑΕΙΩ . . . . . ΑΔΕΑΛΛΑΚΡΕΑΑΘΗΝΑΙΟ

. . . ΓΟΔΕΤΩΝΤΕ . . . . ΑΚΟΝΤΑΜΝΩΝΚΑΙΤΗΣΜ .
. . . ΙΣΘΩΣΕΩΣΤΗΣΝΕΑΣΒΟΩΝΗΣΑΝΤΕΣΟΙΙΕΡ
. . . ΩΝΒΟΩΝΩΝΓΕΜΨΑΝΤΕΣΤΗΝΓΟΜΓΗΝΤΗΙΘΕ
. . . ΥΤΑΣΤΑΣΒΟΥΣΑΓΑΣΑΣΕΓΙΤΩΙΒΩΜΩΙΤΗΣ
. . . ΓΑΛΩΙΜΙΑΝΔΕΕΓΙΤΩΙΤΗΣΝΙΚΗΣΓΡΟΚΡΙ
. . . ΚΑΛΛΙΣΤΕΥΟΥΣΩΝΒΟΩΝΚΑΙΘΥΣΑΝΤΕΣΤΗ
. . . ΟΛΙΑΔΙΚΑΙΤΗΙΑΘΗΝΑΙΤΗΙΝΙΚΗΙΑΓΑΣΩ
. . ΝΑΓΟΤΩΝΤΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑΜΝΩΝΚΑΙΜΙΑΣΕΩ
. . ΟΝΤΩΝΤΑΚΡΕΑΤΩΙΔΗΜΩΙΤΩΙΑΘΗΝΑΙΩΝΕΝ
. . ΚΑΘΑΓΕΡΕΝΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΚΡΕΑΝΟΜΙΑΙΣΑ .
. ΤΑΣΜΕΡΙΔΑΣΕΙΣΤΟΝΔΗΜΟΝΕΚΑΣΤΟΝΚΑΤΑ .
. ΤΑΣΟΓΟΣΟΥΣ . . ΓΑΡΕΧΗΙΟΔΗΜΟΣΕΚΑΣΤΟΣ .
ΣΘΩΜΑΤΑΤΗΣΓ . . ΓΗΣΚΑΙΤΟΜΑΓΕΙΡΙΚΟΝΚΑ .
ΤΟΥΒΩΜΟΥΤΟΥΜΕΓΑΛΟΥΚΑΙΤΑΛΛΑΟΣΑΓΡΟΣ .
ΕΙΣΘΑΙΓΕΡΙΤΗΝΕΟΡΤΗΝΚΑΙΕΙΣΓΑΝΝΥΧΙΔΑ
:Ρ:ΔΡΑΧΜΑΣΤΟΥΣΔΕΙΕΡΟΓΟΙΟΥΣΤΟΥΣΔΙΟΙ
ΑΓΑΝΑΘΗΝΑΙΑΤΑΚΑΤΕΝΙΑΥΤΟΝΓΟΕΙΝΤΗΝΓΑ
ΣΚΑΛΛΙΣΤΗΝΤΗΙΘΕΩΙΚΑΙΤΗΝΓΟΜΓΗΝΓΕΜΓ .
ΩΙΑΝΙΟΝΤΙΙΗΜΙΟΥΝΤΑΣΤΟΝΜΗΓΕΙΘΑΡΧ . . .
. . . ΝΟΜΩΝΙΗΜΙΑΙΣΕΛΕΣΘΑΙΔΕΤΟΝΔ . . . . . .

ως κα . . . .
ἐνιαυτὸν κ . . . .
νη ὡς ἄριστα τῇ Ἀ . . . .
. . . . ον ἐνιαυτὸν ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ Ἀ(θηναίων .
. . . . . να ος αἰεὶ διοικηται περὶ τὴν ἑορτή(ν . . . .
. . . . . νι θεαι καλῶς ὑπὸ τῶν ἱεροποιῶν εἰς . . . .
. . . . ἐ)ψηφίσθαι τῷ δήμῳ τὰ μὲν ἄλλα καθά(περ τῇ βο-
υλῇ, θ)ύειν δὲ τοὺς ἱεροποιοὺς τὰς μὲν δύο . . . .
. . . . . Ἀθηνᾷ τῇ Ὑγιείᾳ καὶ τὴν ἐν τῷ ἀρ(χαίῳ νεῷ- ?
ι θυο)μένην καθάπερ πρότερον, καὶ νειμάντ(ες τοῖς πρ-
υτάν)εσιν πέντε μερίδας, καὶ τοῖς ἐννέα ἄρ(χουσιν . .
. . ., κα)ὶ ταμίαις τῆς θεοῦ μίαν, καὶ τοῖς ἱερ(οποιοῖς μ-
ίαν, κ)αὶ τοῖς στ(ρατ)ηγοῖς καὶ τοῖς ταξιάρχ(οις . . . . .,
καὶ τ)οῖς πομπ(εῦσι)ν τοῖς Ἀθηναίοις καὶ τα(ῖς κανηφό-
ροι)ς κατὰ εἰω . . . ., τ)ὰ δὲ ἄλλα κρέα Ἀθηναίο(ις τοῖς πᾶ-
σι, ἀ)πὸ δὲ τῶν τε(τταρ)άκοντα μνῶν καὶ τῆς μ(ιᾶς τῶν ἐκ τ-
ῆς μ)ισθώσεως τῆς νέας βοωνήσαντες οἱ ἱερ(οποιοὶ με-

τὰ τ)ῶν βοωνῶν, πέμψαντες τὴν πόμπην τῇ θε(ῷ . . . . . .
. . . υτας τὰς βοῦς ἁπάσας ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς (Ἀθηνᾶς τῶ-
ι με)γάλῳ, μίαν δὲ ἐπὶ τῷ τῆς Νίκης προκρί(ναντες ἐκ
τῶν) καλλιστευουσῶν βοῶν, καὶ θύσαντες τῆ(ι Ἀθηνᾷ τ-
ῇ Π)ολιάδι καὶ τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Νίκῃ, ἁπασῶ(ν τῶν βοῶν ?
τῶ)ν ἀπὸ τῶν τετταράκοντα μνῶν καὶ μιᾶς ἐω(νημένων ν- ?
εμ)όντων τὰ κρέα τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων ἐν . . . .
. . καθάπερ ἐν τ(α)ῖς ἄλλ(α)ις κρεανομίαις α . . . .
. τὰς μερίδας εἰς τὸν δῆμον ἕκαστον κατὰ (τοὺς βουλε- ?
υ)τάς, ὁπόσους (ἂν) παρέχῃ ὁ δῆμος ἕκαστος. (Εἰς δὲ τὰ μι-
σθώματα τῆς π(όμ)πης καὶ τὸ μαγειρικὸν κα(ὶ . . . .
τοῦ βωμοῦ τοῦ μεγάλου καὶ τἄλλα ὅσα προσ(δεῖ ἀποτελ- ?
εῖσθαι περὶ τὴν ἑορτὴν καὶ εἰς παννυχίδα . . . .
πεντήκοντα δραχμάς· τοὺς δὲ ἱεροποιοὺς τοὺς διοι(κοῦντας τ-
ὰ Παναθηναῖα τὰ κατ᾽ ἐνιαυτὸν ποεῖν τὴν πᾶ(σαν θέαν ὡ-
ς καλλίστην τῇ θεῷ καὶ τὴν πόμπην πέμπ(ειν . . . . . .
ῳ ἀνιόντι, ζημιοῦντας τὸν μὴ πειθαρχ(οῦντα τοῖς ἐκ
τῶν) νόμων ζημίαις, ἑλέσθαι δὲ τὸν δ(ιοικητὴν . .

Præclarum in eiusmodi monumentis restituendis adiumentum affert, si *στοιχηδὸν* scripta sunt, ut, quot in quoque versu fuerint literæ, definiri possit. Ea huius tabulæ pars, quam supra expressimus, in singulis versibus XXXIV literas exhibet, iis vero examinatis quorum certior est supplendi ratio, integrum literarum numerum XLII fuisse efficitur.

Nova lex iubetur de sacris quibusdam Minervæ faciendis. Qualia intelligantur sacra, ignoramus, sed a Panathenæis minoribus diversa fuisse, patet ex v. 32, ubi decernitur, ut sacrificuli qui annua Panathenæa administrant, his quoque præsint solennibus. Multo minus de maioribus cogitandum, quæ *ἀθλοθέται* semper curaverunt. De *ἱεροποιοῖς* sive sacrificulis optime disputavit K. F. Hermann Antiquit. divin. § 11, n. 10—12. Decem fuerunt, auctore Aristotele in Etymol. Magn., quotannis sorte ducti, qui extispiciis interessent, qui sacrificia facerent et quinquennalia omnia præter Panathenæa administrarent. Quin etiam in magnis Panathenæis, quum *ἀθλοθέται* curatores sint, non exiguas fuisse sacrificulorum partes in hostiis emendis et similibus, ostendit inscriptio anni 410 a. Chr. (C. I. 147. Oecon. Civit. Ath. I) ubi in secunda prytania athlotetis in magna Panathenæa V talenta M drachmæ, *ἱεροποιοῖς κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἐς τὴν ἑκατόμβην* IↃↃCXIV drachmæ expensæ sunt. Aristotelis verba explicaturus Pollux quinquennalia sacra enumerat VIII, 107: ***Περὶ ἱεροποιῶν.*** ***Δέκα ὄντες οὗτοι ἔθυον θυσίας τὰς πενταετηρίδας, τὴν εἰς Δῆλον, τὴν ἐν Βραυρῶνι, τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν, τὴν Ἐλευσίναδε.*** Sed quia annui magistratus fuerunt, maxime annua sacra eos procurasse verisimile est, ac si testimonia quærimus, adest inscriptio Corporis n. 158 (Oecon. Civit. VIII), ubi sacrificuli *δερματικὸν* s. pecuniam ex pellibus hostiarum redactam, in ærarium contulisse dicuntur ex

Eleusiniis, ex Æsculapiis, ex Bendideis, ex Panathenæis minoribus *). Præter hos etiam nonnullis Diis sui erant sacrificuli, ut decem viri *ταῖς σεμναῖς θεαῖς* electi, v. Demosth. Mid. 115, Dinarch. ap. Etym. Magn. s. v. *ἱεροποιοί*, tum quattuor *ἱεροποιοὶ οἱ λαχόντες εἰς τὸ τῆς Ἥβης ἱερὸν* C. I. 214., alii Iovi Olympio C. I. 99, III, 5, et ap. Ross. et Meier. *Die Demen von Attica* n. 12, p. 40 catalogus extat plus quam XIV virorum qui *ἱεροποίησαν τὰ Ἀθήναια*. Hi omnes videntur esse *οἱ ἱεροποιοὶ οἱ ἐν τοῖς ἱεροῖς*, qui commemorantur C. I. 76, v. Boeckh. p. 117. — *Ἱεροποιοὺς* etiam in aliis Græciæ civitatibus invenimus, ut in Macedonia C. I. 2056, Mytilenæ 2166, Deli 2266 sqq., Rhodi v. Ross. Inscr. ined. 94, Chii C. I. 2221, b., Ephesi 2953, b., Cyzici 2157 et 3657, ubi etiam mulieres sunt *ἱεροποιοὶ θαλάσσιαι*. Similes magistratus *ἱερονόμοι* Ilienses et *ἱεροθύται* Lindii fuisse videntur. — Horum magistratuum negotium est, quod nomen indicat, ut sacra faciant. Itaque extispiciis intersunt, ne quam fraudem committant haruspices, provisuri, v. schol. Demosth. Midian. l. l In nostro monumento sacra facientes (*θύειν* v. 8) eos videmus, pompam ducentes et, si quis imperio non paret, castigantes (35); victimas porro ementes (17), ut supra *δερματικὸν* in ærarium deferentes vidimus. Hinc etiam pecuniæ sacræ administrandæ aliquam partem ad eos pertinuisse efficitur, ac Corp. Inscr. 71, a, 30 *οἱ ἱεροποιοὶ ταμιευέσθων* legitur, n. 76 una cum quæstoribus pecuniam ærariis Deorum restituendam recipiunt. Rhodi eos videmus templi pascua locantes, Ross. Inscr. ined. 94, in Delio decreto de Apollinis templo reficiendo, C. I. 2266, v. 16: *ἐὰν δὲ μὴ διδῶσιν οἱ ἱεροποιοὶ καὶ ἐπιμεληταὶ ἀργύριον;* ex Epheso etiam *λόγος ἱεροποιῶν*, sive rationes pecuniarum Dianæ redditæ, C. I. 2953, b. extat. — Eorundem magistratuum est, si quem publico decreto honoravit civitas, ut in ludis hoc pronuntient et in templo inscribendum curent, v. C. I. 120, v. 13 *ἀναγορεύειν τὸν στέφανον τοὺς ἱεροποιούς*, 2268, v. 24. *ἀναγράψαι τόδε τὸ ψήφισμα τοὺς ἱεροποιοὺς εἰς τὸ ἱερὸν εἰς στήλην λιθίνην*, 2056, v. 22. *τὸν δὲ ἱεροποιὸν ἀναγράψαι τὸ ψήφισμα τοῦτο εἰς τελαμῶνα καὶ θεῖναι εἰς τὸ ἱερόν.*

V. 4. Sacra commemorantur annua pro populo Atheniensium facienda; fortasse legendum: *καθ' ἕκαστ)ον ἐνιαυτόν.* — 5. ΟΣ quid sit, nescio; *ο(ἱ) αἰεὶ διοικηταί* emendaverim. — 6. ΘΕΑΙ de panegyri intelligendum; *θέᾳ* aut *θέαι*, non *θεᾷ* legendum, nam Dea *θεὸς* dicitur v. 12 et 34.

Προβούλευμα Senatus, quod initio scriptum erat, paucis exceptis interiit; v. 7. populi lex incipit solita illa formula, qua, uti rogat Senatus, iubent, sed quædam præterea addunt. Primum duo sacrificia, Minervæ utrumque, alterum Hygeæ, alterum Poliadi, nisi fallor. V. 8. *τὰς μὲν δύο (θυσίας τὴν τῇ) Ἀθηνᾷ* conieceram, sed spatium una litera maius est. Minervæ Hygeæ statua, quam ad Propylæa dedicavit Pericles, Pyrrhi opus, cuius hodie basis in ipso loco extat, satis nota est, v. Leakii topographia Athenarum ed. II. German. p. 218. — Alterum sacrificium magis dubium est. *Τὴν ἐν τῷ ἀρ(χαίῳ νεῷ θυο)μένην* scripsi, et de Erechtheo cogitavi, quod in notissima illa inscr. C. I. 160 *ὁ νεὼς ἐν ᾧ τὸ ἀρχαῖον ἄγαλμα* vocatur; quamquam ædificium ipsum eo quo hoc monumentum scriptum est tempore, i. e. tertio, ut opinor, a. Chr. seculo, omnium in arce templorum

---

*) Ibid. v. 11—12. *Ἐγ Διονυσίων τῶν ἐπὶ Ληναίῳ παρὰ μυστηρίων (ἐπιμ)ελητῶν* legerim, ut *οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν μυστηρίων* Lenæa procurasse videantur.

recentissimum fuit. Si quis propter pompæ ordinem locum maluerit ab Hygeæ statua minus remotum, de Dianæ Brauroniæ templo cogitare possit, quasi τὴν ἐν τῷ Ἀρ(τεμισίῳ γενο)μένην scriptum fuerit.

V. 10. Ut in antiquis legibus sæpe constructio sententiarum inter accusativum cum infinitivo et imperativum variat, ita hic infinitivum θύειν (8) imperativa sententia excipit: καὶ νείμαντες — βοωνήσαντες — πέμψαντες — νεμόντων (24), tum iterum infinitivus: τοὺς ἱεροποιοὺς ποεῖν (31). Agitur autem de visceratione sive κρεανομίᾳ; nam Deorum sacrificia eadem hominum epulas fuisse, quis ignorat? Exempli gratia ex C. I. 70 distributionem carnis Panathenæis in foro Scambonidarum afferemus, ex decreto Piræensium C. I. 101: ὅταν θύωσι ἐν τοῖς κοινοῖς ἱεροῖς νέμειν καὶ Καλλιδάμαντι μερίδα, ex. Ἐφ. Ἀρχ. 369, Curt. Inscription. Attic. XII, n. 1. ἐπεμελήθη τῆς θυσίας καὶ τῆς κρεανομίας. Distribuuntur in nostro monumento certæ viscerum portiones, primum magistratibus qui in solennibus agendis occupati sunt, prytanibus V portiones, novem archontibus nescio πέντε, an τρεῖς, an ἐννέα, quæstoribus Minervæ I, sacrificulis I, prætoribus et tribunis militum fortasse V; tum iis qui pompam eunt, viris armatis mulieribusque sacra ferentibus, quorum utrique ex Thucydidis mentione Panathenæorum (VI, 56 et 58) satis noti sunt; τοῖς πομπεῦσιν additur τοῖς Ἀθηναίοις, ut a metoecis distinguantur, qui servorum modo pompam comitantur nec epuli participes sunt; si qua reliqua sunt, omnibus Atheniensibus distribuuntur. Pompam celebrantibus et canephoris quantum datum fuerit, non extat; puto tamen legendum esse κατὰ (τὰ) εἰω(θότα), *ut assolet*, incuriaque omissum esse articulum.

V. 16. Sumptus quibus ad sacra et solennia opus erat, aut ex usuris erogabantur sacrarum pecuniarum, aut ex prædiis sacris, quæ pecuariis locabantur. Hoc est ἀπὸ μισθωμάτων θύειν, quod dicit Isocrat. Areop. 29, Harpocratio autem ἐκ τῶν τεμενικῶν προσόδων interpretatur. Exemplum habemus decretum Plotheensium de administranda sacra pecunia C. I. 80; Mus. Rhenan. 1846, p. 289, v. 24 sqq. ἀπὸ τοῦ τόκου καὶ τῶμ μισθώσεων — θύειν τὰ ἱερὰ κ. τ. λ. In Iliensi tabula C. I. 3599, cum Hermias quidam pecuniam Minervæ dedisset, ἀπὸ τῆς προσόδου γενέσθαι ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐν τῷ Παναθηναίῳ ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν Ἰλιακῶν πόμπην καὶ θυσίαν τῇ Ἀθηνᾷ, decernitur v. 16 sqq.; cf. C. I. 3601. Hic autem nova prædiorum aliquorum locatio facta esse dicitur XLI minis, quibus hostiæ emendæ sunt. Modicus sane sumptus est, nec qui cum hecatombæ pretio comparari possit; quippe anno 410 (C. I. 147) in hecatombam 5114 drachmas erogatas videmus, anno autem 333 (C. I. 158) boves 109 drachmis 8419 stetisse novimus, v. Boeckh. Oecon. Civit. I, p. 82. Tertio seculo quis credat viliora fuisse rerum pretia?

V. 17. In his sacris sacrificuli una cum *boum emptoribus*, τοῖς βοώναις (de quibus v. Boeckh Oec. Civ. I. p. 232) hostias emunt, qui alias fere suis quique solennibus præfuisse videntur, ut C. I. 157 alteri ex alteris sacris δερματικὸν conferunt. — V. 18 fortasse legendum πέμψαντες τὴν πόμπην τῇ θε(ῷ, θυόντων ταῦ)τας τὰς βοῦς ἁπάσας ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς Ἀθηνᾶς τῷ μεγάλῳ. Magna Deæ ara fortasse ea intelligenda est, quæ in medio hypæthro Parthenonis fuit, cuiusque hodie vestigia extant, locus metra Gallica 6,52 longus, latus 2,63, quamquam sunt, si Dis placet, qui pro fundamento statuæ habeant. — V. 20. Victoriæ aram ante parvum illud Victoriæ templum,

quod extra Propylæa est, fuisse arbitror. Unam ibi hostiam, egregia forma selectam, Minervæ mactant, duplici cognomine *Πολιάδι* et *Νίκῃ*, ut quæ urbem servat victoriamque affert.

V. 23. Quotquot his XLI minis emptæ erunt boves, earum viscera Atheniensibus omnibus distribuunto eadem ratione, qua in ceteris viscerationibus. *τοῖς ἄλλοις* vitiose scriptum pro *ταῖς ἄλλαις*. Quanam vero ratione in pagos distributa sint, non prorsus constat; conieci: *κατὰ (τοὺς βουλευ)τάς, ὁπόσους ἂν παρέχῃ ὁ δῆμος ἕκαστος, secundum senatores quot quisque pagus mittit*, inductus, fateor, inscriptione Melitæensi supra n. 2, v. 20, quamquam ignoramus, utrum suos quisque pagus seorsum miserit senatores, an universa tribus coniunctim senatores sortita sit.

V. 27. Quum omnium maximus esset sumptus in victimas emendas, aliis præterea minoribus opus erat ad apparatum pompæ epulique. His L drachmæ decernuntur. Primum *εἰς τὰ μισθώματα τῆς πόμπης*. Est hæc locatio ab illa longe diversa, quam supra vidimus, ei fere similis, quæ commemoratur in Lexic. Seg. p. 207: *ἔθος ἦν τοῖς βουλομένοις, μισθοῦσθαι τὰς θυσίας*, ut redemptores certo pretio pompam instruendam receperint. Tum pecunia coquis data, apparatoribus magnæ aræ, et si quæ alia in festum et pervigilium opus sunt. Supplementa versuum admodum dubia sunt; v. 28 *κα(ὶ τὸν κόσμον) τοῦ βωμοῦ*, v. 30 *τελούντων* conieceram, sed in utroque loco una litera minus spatium patet.

V. 32. *τὴν πᾶ(σαν θέαν ὡ)ς καλλίστην* supplevi ex v. 6; *τὴν πα(ρασκευὴν ὡ)ς κ.* si quis maluerit, una litera plus habebit. — Omnis horum sacrorum cura sacrificulis datur, qui minora Panathenæa administrant; datur etiam puniendi potestas, si quis imperio eorum morem non gesserit, ut in Iliensi decreto C. I. 3599, v. 28—29: *καθισθάναι τοὺς τῆς εὐταξίας ἐπιμελησομένους, καὶ τοὺς κατασταθέντας ἔχειν ἐξουσίαν τοὺς ἀτακτοῦντας τῇ ῥάβδῳ κολάζειν.*

55.

Ε Γ Ι Ο Ε Ρ Σ Ι Λ Ο Χ Ο Υ Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ο Σ . . . .
. Ο Σ Δ Ε Υ Τ Ε Ρ Α Ι Γ Ρ Υ Τ Α Ν Ε Ι Α Σ . . . .
Ι Ο Γ Ν Η Τ Ο Υ Φ Ρ Ε Α Ρ Ρ Ι Ο Σ Ε Γ Ρ Α Μ Ι . . . .
Γ Ε Ι Τ Ν Ι Ω Ν Ο Σ Δ Ω Δ Ε Κ Α Τ Η Ι Δ Ω Δ Ε . . . .
Υ Τ Α Ν Ε Ι Α Σ Ε Κ Κ Λ Η Σ Ι Α Ι Κ Υ Ρ Ι Α Ι . . . .
Ε Γ Ε Ψ Η Φ Ι Ι Ξ Ε Ν Γ Υ Ο Ο Γ Ε Ν Η Σ Γ Λ Α ' . . . .
Γ Ε Κ Η Ο Ε Ν Κ Α Ι Σ ' Μ Γ Ρ Ο Ε Δ Ρ Ο Ι
Ε Δ Ο Ξ Ε Ν Τ Η Ι Β Ο Υ Λ Η Ι Κ Α Ι Τ Ω . . . . . .
Κ Α Λ Λ Ι Α Δ Η Σ Κ Α Λ Λ Ι Α Δ Ο Υ Ξ Υ Γ Ε Τ Α Ι Ω Ν . . . .
. Δ Η Τ Ο Υ Δ Η Μ Ο Υ Τ Ο Υ Α Ο Η Ν Α Ι Ω Ν Κ Α Ι . . . .
Υ Τ Ο Υ Β Ο Ι Ω Τ Ω Ν Σ Υ Μ Β Ο Λ Ο Ν Γ Ο Ι Η Σ Α . . . .
Σ Α Λ Λ Η Λ Ο Υ Σ Κ Α Ι Ε Λ Ο Μ Ε Ν Ω Ν Ε Κ Κ Λ Η ‾ . . . .
. Ι Ε Ω Ν Γ Ο Λ Ι Ν Α Ν Ε Δ Ε Ξ Α Τ Ο Κ Α Ο Ι Ε Ι . . . .
. Η Ρ Ι ◡ Ν Κ Α Ι Ν Υ Ν Ο Ι Α Γ Ο Σ Τ Α Λ Ε Ν Τ Ε . . . .

Ἐπὶ Θερσιλόχου ἄρχοντος, (ἐπὶ τῆς Λεοντί-
δ)ος δευτέρα(ς) πρυτανείας, (ᾗ Διόγνητος? Δ-
ιογνήτου Φρεάρριος ἐγραμ(μάτευεν, Μετα-
γειτνιῶνος δωδεκάτῃ, δωδε(κάτῃ τῆς πρ-
υτανείας, ἐκκλησία κυρία, (τῶν προέδρων
ἐπεψήφιζεν Πυθογένης Γλαυ(κίππου Ἀλω-
πεκῆθεν καὶ συμπρόεδροι.
Ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῶ(ι δήμῳ,
Καλλιάδης Καλλιάδου Ξυπεταιὼν (εἶπε. Ἐπε-
ι)δή, τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ (τοῦ δημο-
ῦ τοῦ Βοιωτῶν σύμβολον ποιησα(μένων πρὸ-
ς ἀλλήλους, καὶ ἑλομένων ἔκκλη(τον τὴν Μεγ-
αρ)έων πόλιν, ἀνεδέξατο . . . .
. ήριον, καὶ νῦν οἱ ἀποσταλέντε(ς . . .

Decretum habemus Atheniensium in honorem civitatis alicuius, Megarensium nisi fallor, eorumque hominum, quos hæc civitas arbitros inter Athenienses et Boeotos miserat. Hi enim populi foedus s. *σύμβολον* inter se fecerant, ut si qua discordia oreretur, ne bello dimicarent, sed urbi alicui litis arbitrium deferrent. *Ἔκκλητος πόλις* eiusmodi urbs dicebatur, v. Æschin. Timarch. 98. Sponte sequitur, aut præpotentem urbem in eiusmodi rem provocari, aut vicinam, qualis hic est Megarensium. Quorum ne parvas opes Athenienses contempsisse putemus, quæ Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis narrat, in memoriam revocemus. *Ἀγησίπολις ὁ Παυσανίου, Ἀθηναίων πρὸς αὐτὸν περὶ ὧν εἶχον πρὸς ἀλλήλους ἐγκλημάτων τὴν τῶν Μεγαρέων πόλιν ἔκκλητον λαμβανόντων, Αἰσχρόν, ἔφη, ὦ Ἀθηναῖοι, τοὺς ἀφηγησαμένους τῶν Ἑλλήνων ἧσσον εἰδέναι Μεγαρέων τὸ δίκαιον.* Eadem ratione Hierapytnii et Priansii in foedere statuunt Corp. Inscr. 2556, v. 65 sqq. *περὶ τῶ δικαστηρίω οἱ ἐπιστάμενοι κατ' ἐνιαυτὸν παρ' ἑκατέροις Κόσμοι πόλιν σταννέσθων, ἄγ κα ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι δόξῃ, ἐξ ἇς τὸ ἐπικριτήριον τελεῖται.* Arbitrium huius generis, quod Ætoli inter Melitæenses et Perenses fecerunt, supra vidimus n. 2; Corp. Inscr. n. 2265 Eretriensium est inter Naxios et Parios arbitrium, n. 2905 Rhodiorum inter Samios et Prienenses. Nostro monumento fere geminum est Iliense n. 3598, quo Rhodiis, Deliis, Pariis aliisque, qui in eiusmodi re iudices fuerunt, honores decernuntur: *δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, ἐπαινέσαι μὲν ἐπὶ τούτοις τὰς πόλεις καὶ τοὺς ἀποσταλέντας δικαστάς κ. τ. λ.*

V. 5. Post *ἐκκλησία* incuria scribæ I intrusit; nam ne pro dativo habeatur, et constans formularum usus prohibet, nec si *κυρίᾳ* legerimus, literarum numerus sufficiet. — V. 13. de restituendi ratione vehementer dubito; putabam scriptum fuisse: *ἀνεδέξατο καθ' ἱε(ρῶν τὸ δικαστ)ήριον, suscepit* (sc. Megarensium urbs) *sacris factis iudicium sibi delatum,* sed nec *καθ' ἱερῶν* pro *καθ' ἱερῶν ὀμόσασα,* nec insolita *δικαστηρίου* significatio placet.

56.

Α Λ Ο Ν Ι Η Ο Ν Η Ε Ν	αγωνι῀ ὢν ἐν ?
Ε Δ Ι Ο Κ Ͱ Ε Σ Ε Ι Γ Ε	ἐγραμμάτευ)ε, Διοκλῆς εἶπε . .
Ε Ι Ν Α Ι Δ Ε Θ Ρ Α Σ Υ	εἶναι δὲ Θρασύ(βουλ . .
Α Ι Φ Ρ Α Τ Ρ Ι Α Σ Η Ο	κ)αὶ φρατρίας ὧ(ν . .
Ν Κ Α Ι Τ Α Ͱ Ͱ Α Τ Α Ε	ν καὶ τἄλλα τὰ ἐ . .
Α Ι Θ Ρ Α Σ Υ Β Ο Ͱ Ο	αι Θρασύβουλο(ν
Ρ Α Α Θ Η Ν Α Ι Ο Ν Κ	ρα Ἀϑηναῖον κ̣ .
Ρ Ι Η Ο Ν Ε Υ Ε Ρ Λ Ε	πε)ρὶ ὧν' εὐήργη(ται
Α Ι Α Ν Α Λ Ρ Α Φ Σ Α	κ)αὶ ἀναγράψα(ι
Ε Ν Α Η Ε Ͱ Ε Σ Θ Α Ι Δ	ενα, ἑλέσϑαι δ(ὲ
Α Μ Α Ͱ Α Η Ο Ι Τ Ι Ν Ε	αμαλα οἵτινε(ς
Ο Σ Τ Ο Λ Ι Λ Ν Ο Μ Ε Ν	ος τὸ γιγνόμεν(ον
Γ Ο Ι Ε Σ Α Ν Τ Ο Ν Δ Ε	ποιησάντων δὲ
Ν Κ Α Ι Α Λ Ο Ρ Α Τ Ο	ν καὶ ἀγορὰ το
Ι Σ Ι Μ Ο Ν Κ Α	χρή)σιμον ? κα(ὶ
Ε Υ Ε̣ Ρ Λ . . . . . . Α Λ Ρ Α Φ	εὐεργ(έτην ἀν)αγράφ(σαι
Θ Ι Ν Ε . Τ Ο Ν Λ Ρ Α	ϑινε . τὸν γρα . .
Ν Ε Ι Ν Α Ι Α Υ Τ Ο Ι Σ Ο Μ Γ Ε Ρ	ν εἶναι αὐτοῖς . . .
Ν Κ Α Ι Ο Ι Κ Ι Α Σ Κ Α Ι Ο Ι Κ Ε Σ	ν καὶ οἰκίας καὶ οἰκεῖσ(ϑαι . .
Ε Σ Θ Α Ι Α Υ Τ Ο Ν Τ Ε Ν Β Ο Ͱ Ε Ν	εσϑαι αὐτὸν τὴν βουλήν .
Ι Τ Ο Σ Γ Ρ Υ Τ Α Ν Ε Σ Η Ο Γ Ο Σ Α	κα)ὶ τοὺς πρυτάνεις ὅπως α vel ὁπόσα
Τ Ε Ͱ Ε Ν Α Γ Ο Μ Ι Σ Θ Ο Σ Α Ν Τ Ο	τελεῖν ἀπομισϑωσάντω(ν
Ͱ Ε Ι Τ Ο Σ Δ Ε Η Ε Ͱ Ͱ Ε Ν Ο Τ Α Μ	πό)λει ?, τοὺς δὲ ἑλληνοταμ(ίας
Ε Α Ν Δ Ε Δ Ο Κ Ε Ι Α Υ Τ Ο Σ Κ Α Ι	ἐὰν δὲ δοκῇ, αὐτοὺς καὶ
Β Ο Ͱ Ε Ν Γ Ρ Ο Β Ο Ͱ Ε Υ Σ Α Σ Α Ν	βουλὴν προβουλεύσασαν
Ο Ν Ε Υ Δ Ι Κ Ο Σ Ε Ι Γ Ε Τ Α Μ Ε Ν	ον, Εὔδικος εἶπε· τὰ μὲν
Ο Ο Ε	
Ε Δ Ι	
Ρ Ο	

Marmor ante Euclidem archontem scriptum duobus constat fragmentis circa v. 16 compositis; a dextra parte integrum est, a sinistra tam multa desunt, ut restitui omnino non posse videatur. Decretum continet quo civitas Thrasybulo cuidam donatur. Prior pars Senatus est decretum, rogante Diocle, solita illa formula incipiens *ἔδοξεν τῇ βουλῇ, ἡ ὁ δεῖνα πρῶτος ἐγραμμάτευ)ε, Διοκλῆς εἶπε·* quæ si populi lex fuisset, inter scribam et latorem legis *ὁ δεῖνα ἐπεστάτει* scriptum esset. V. 25 populi scitum incipit, rogante Eudico: *τὰ μὲν (ἄλλα καϑάπερ τῇ βουλῇ κ. τ. λ.* — V. 3 sq.

hæc fere fuit sententia: *εἶναι δὲ Θρασύ(βουλον πολίτην Ἀθηναῖον καὶ*, aut *ἐξ)εῖναι δὲ Θρασυ-(βούλῳ ἐγγραφῆναι φύλης καὶ δήμου κ)αὶ φρατρίας ὧ(ν ἂν βούληται*, ut *Ἐφημ. Ἀρχαιολ.* n. 86. — V. 19. Concedi arbitror *γῆς ἔγκτησι)ν καὶ οἰκίας καὶ οἰκεῖσ(θαι ὅπου ἂν βούληται.*

57.

ΜΑΔΗΜΟ . . . .
ϯΙΞΕΝΑΝΤΙΜΕΝΗ . . . .
ΚΑΙΣΥΜΠΡΟΕΔΡΟΙΕ . . . .
ΔΗΜΩΙ ϯΙΛΕΑΣϯΙ . . . .
ΠΑΛΛΗΝΕΥΣΕΙΠΕΝ . . . .
ΕΝΙΔΗΣΔΙΑΤΕΛΕΙ . . . .
ΩΙΔΗΜΩΙΤΩΙΑΘΗ . . . .
ΣΤΕΕΙΣϯΟΡΑΣΑΠ . . . .
ΗϯΙΣΤΑΙΟΔΗΜΟΣ . . . .
ΝΤΟΥΣΜΕΤΟΙΚΟΥΣ . . . .
ΙΣΕΝΗΝΟΧΕΝΚΑΙΕΝ . . . .
ΩΙΤΩΙΠΡΟΤΕΡΟΝΕΘᴗ . . . .
ΑΥΤΑΣΔΩΔΕΚΑΕΝΕΒΙ . . . .
. ΝΥΝΕΙΣΤΟΥΣΚΑΤΑΠΑ . . . . . .
. ΡΑΣΕΠΕΔΩΚΕΝΚΑΙΟΣΑ . . . . .
ΧΘΗΑΥΤΩΙΥΠΟΤΩΝΣΤΡΑΤ . . . .
ΚΑΙΤΩΝΤΑΞΙΑΡΧΩΝΑΠΑΝΤ . . .
ΟΘΥΜΩΣΥΠΗΡΕΤΗΚΕΝΚΑΙΤΑ . .
ΛΑΔΙΑΤΕΛΕΙϯΙΛΟΤΙΜΟΥΜΕΙ .
ΣΕΙΣΤΗΝΒΟΥΛΗΝΚΑΙΤΟΝΔΗΜ .
ΝΤΩΝΑΘΗΝΑΙΩΝΔΕΔΟΧΤΑΙΤΩΙ
ΔΗΜΩΙΕΠΑΙΝΕΣΑΙΕΥΞΕΝΙΔΗΝ
ΕΥΠΟΛΙΔΟΣϯΑΣΗΛΙΤΗΝΚΑΙΣΤ
ΕϯΑΝΩΣΑΙΘΑΛΛΟΥΣΤΕϯΑΝΩΙΕ
. ΝΟΙΑΣΕΝΕΚΑΚΑΙϯΙΛΟΤΙΜΙΑ
. ΤΗΣΕΙΣΤΟΝΔΗΜΟΝΚΑΙΕΙΝΑΙ
. . . . ΝΙΣΟΤΕΛΗΚΑΙΑΥΤΟΝΚΑΙ
. . . . ΚΙΑΣΑΥΤΟΙΣ
. . . . ΙΟΠ

ψήφισ-
μα δήμο(υ· τῶν προέδρων ἐπεψή-
φιζεν Ἀντιμένη(ς Κοθωκίδης ?
καὶ συμπρόεδροι. Ἔ(δοξεν τῷ
δήμῳ. Φιλέας Φι(λοκλέους ?
Παλληνεὺς εἶπεν· (Ἐπειδὴ Εὐξ-
ενίδης διατέλει (εὔνους ὢν τ-
ῷ δήμῳ τῷ Ἀθη(ναίων . . . . α-
ς τε εἰσφορὰς απ (. . . . . . . , ἃς ἐψ-
ήφισται ὁ δῆμος (. . . . . ει-
ν τοὺς μετοίκους, (προθύμως ε-
ισενήνοχεν, καὶ ἐν (τῷ πολέμ-
ῳ τῷ πρότερον ἐθ(ελοντὴς ν- ?
αύτας δώδεκα ἐνεβί(βασεν, κα- ?
ὶ) νῦν εἰς τοὺς καταπά(λτας ἄν- ?
δ)ρας ἐπέδωκεν, καὶ ὅσα (ἐπετά-
χθη αὐτῷ ὑπὸ τῶν στρατ(ηγῶν
καὶ τῶν ταξιάρχων ἅπαντ(α πρ-
οθύμως ὑπηρέτηκεν, καὶ τὰ (ἄλ-
λα διατέλει φιλοτιμούμε(νο-
ς εἰς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμ(ο-
ν τῶν Ἀθηναίων, δεδόχ(θ)αι τῷ
δήμῳ ἐπαινέσαι Εὐξενίδην
Εὐπόλιδος Φασηλίτην, καὶ στ-
εφανῶσαι θάλλου στεφάνῳ ἐ-
υ)νοίας ἕνεκα καὶ φιλοτιμία-
ς) τῆς εἰς τὸν δῆμον, καὶ εἶναι
αὐτὸ)ν ἰσοτελῆ καὶ αὐτὸν καὶ
ἐκγόνους, καὶ οἰ)κίας αὐτοῖς
καὶ χώρας ἔγκτησιν εἶνα)ι ὅπ-
ου ἂν βούλωνται.

Notabilis in hac inscriptione literæ *φ* forma, ⸸, quam nusquam alibi me videre memini. Universa autem monumenti specie considerata, circa ducentesimum a. Chr. annum scriptum putaverim.

Populi scitum est *ἀπροβούλευτον*, seu cui nulla præcedat Senatus auctoritas, quod quamvis Solonis lege vetitum esset, tamen posteriore tempore non nunquam factum videtur, v. Demosth. Androt. 5. Quo factum est, ut ea desint quæ vulgo legibus præscribi solent: *ἐπὶ τῆς δεῖνος πρυτανείας, ἐκκλησία* et quæ similia sunt; titulus brevissime præscriptus *ψήφισμα δήμου;* neque alia ante hæc verba desiderari arbitror, quam archontis nomen; *Ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος.* Rogat Phileas quidam, ut Euxenides Eupolidis filius Phaselita, inquilinus Athenis homo, propter perpetuam benevolentiam et ambitionem in populum Atheniensium corona oleagina honoretur et isotelia donetur; quippe non solum ordinaria eum tributa semper solvisse, sed etiam extraordinaria sponte suscepisse, variisque modis exercitibus classibusque utilem fuisse. V. 7—10. Sententia sine dubio hæc fuit *τά)ς τε εἰσφορὰς ἀπ(άσας ἃς ἐψ)ήφισται ὁ δῆμος (εἰσφέρει)ν τοὺς μετοίκους;* sed quia literarum numeri non congruunt, hæc in textum recipere non potui. V. 11 sqq. virum laudari arbitror, quod superiore bello nautas duodecim suo sumptu in classem miserit, nuper autem in catapultas ultro homines præbuerit; nam *καταπέλται* qui a scriptoribus antiquis dicuntur, in tabulis rei nauticæ *καταπάλται* scribuntur, vid. XI, b, 135 sqq. — V. 21. *δεδοχται* vitiose scriptum, sine dubio pro *δεδόχθαι,* nam indicativus *δέδοκται* in decretis non usurpatur.

58.

Ο Γ Ι Δ Ο Σ Ε Ν Α Τ Η Σ . .	*ἐπὶ τῆς Κεκρ)οπίδος ἐνάτης (πρυτανείας, Ἐλαφηβο-*
Ε Α Ι Τ Ρ Ι Α Κ Ο Σ Τ Ε . .	*λιῶνος ἕνῃ καὶ ν)έᾳ, τριακόστε(ι τῆς πρυτανείας, ἐκ-*
Γ Ρ Ο Ε Δ' Ρ Ω Ν Ε Γ Ε Υ . .	*κλησία, τῶν) προέδρων ἐπεψ(ήφιζεν . . .*
Ε Δ Ο Ξ Ε Ν Τ . .	*Ἔδοξεν τ(ῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ,*
Τ Ο Σ Α Φ Ι Δ Ν Α Ι Ο Σ . .	*. . τος Ἀφιδναῖος (εἶπε·*
Ι Κ Α Ι Φ Ι Λ Ι Α Ι Ω Ν . .	*. ι καὶ φιλίᾳ ων . .*
Ο Μ Ε Ν Ο Σ Υ Γ Ο Τ Ο Υ Β .	*. όμενος ὑπὸ τοῦ β(ασιλέως .*
Τ Α Τ Α Σ Γ Ρ Ε Σ Β Ε Ι Α .	*κα)τὰ τὰς πρεσβεία(ς .*
Υ Σ Ι Μ Α Χ Ω Ι Κ Α Ι Τ Ω .	*Λ)υσιμάχῳ καὶ τῶ(ι . .*
Σ Τ Ο Ν Β Α Σ Ι Λ Ε Α Ε Μ .	*πρὸ)ς τὸν βασιλέα εμ . .*
Ε Ρ Τ Ο Υ Δ Η Μ Ο Υ Α Γ Α Θ	*ὑπ)ὲρ τοῦ δήμου ἀγαθ . .*
. Ι Σ Τ Α Ι Σ Α Γ Ο Σ Τ Ε .	*. ις ταῖς ἀποστε . .*
. . Ε Τ Α Ι Ε Ι Σ Ο Τ Ι . .	*. . εται εἰσότι . .*

Basis hæc Hymettii marmoris statuam sustinuit legati cuiusdam ad Lysimachum regem missi, cui propter res in legatione bene pro populo gestas statuæ honor decretus est. Ad tempora duodecim tribuum pertinet, ut nona prytania eadem nonus mensis sit.

59.

Ε Γ Ι Κ Α Λ Λ Ι Μ Η Δ Ο Υ	Ἐπὶ Καλλιμήδου (ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς . . . δεκά-
. . . Γ Ρ Υ Τ Α Ν Ε Ι Α Σ	της) πρυτανείας, (ἧ ὁ δεῖνα ἐγρα-
. . . . Ε Υ Ε Ν Μ Ο Υ Ν Ι Χ	μμάτ)ευεν, Μουν(υ)χ(ιῶνος . . .
. . . . . . Ρ Υ Τ Α Ν Ε Ι Α	. . τῆς π)ρυτανεία(ς, τῶν προέδρων ἐπ-
. . . . Ν Φ Ι Λ Ο Ξ	εψήφιζε)ν Φιλόξ(ενος . .
Ε Δ Ο Ξ Ε Ν Τ . . .	Ἔδοξεν τ(ῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ . .
. . . . ͻ Υ Κ Ο Ν Θ Υ Λ . .	. . . . .
. . . . Ρ Α Τ Ο Σ Ο Γ Α Τ Ι .	. . . . ρατος ὁ πατ(ὴρ . . ?
. . . . . . Β Α Σ Ι Λ Ε Ω Σ Δ Η Μ .	. . . . . . βασιλέως Δημ(ητρίου
. . . . . . Ν Ε Ι Τ Ε Τ Η Μ Γ Ρ Ο .	. . . . . . νει τε τὴμ προ . .
. . . . . . Ε Ν Α Γ Α Σ Ι Τ Ο Ι Σ Κ	. . . . . . ἐν ἅπασι τοῖς κ . .
. . . . Α Ι Ι Δ Ι Α Ι Τ Ω Ν Γ	. . . . . . κ)αὶ ἰδίᾳ τῶν π . .,
. . . . Ρ Ο Ι Σ Κ Α Ι Α Θ Η	. . . . ροις καὶ Ἀθη(ναίοις
. . . . Γ Ε Ρ Ι Τ Υ Γ Χ Α Ν	. . . . περιτυγχάν . .
. . . . . . Α Φ Ι Ε Ι Τ Ο Υ Σ Δ Ε .	. . . . . . ἀφίει τοὺς δε . .
. . . . . . Ο Σ Ε Δ Ω Κ Ε Ν	. . . . . . ος ἔδωκεν . . . .

Basis est statuæ ex Pentelico marmore facta, cum superiori et genere et tempore, nisi fallor, congruens. Nam Callimeden ne quis anni 360 a. Chr. archontem putet, tam universus decreti habitus admonet, quam v. 9, ubi sine dubio *βασιλέως Δημητρίου* legendum.

60.

Ο Η Ι Δ Ο Σ Δ Ε Κ Α Τ	Ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Ἐρεχ)θηΐδος δεκάτ-
Σ Ρ Α Μ Ν Ο Υ Σ Ι Ο	ης πρυτανείας, ἧ) . . Ῥαμνούσιο-
Ε Ι Μ Ε Τ Ε Ι Κ Α	ς ἐγραμμάτευε) . . . . . . ῃ μετ' εἰκά-
⁻ Ε Ν Χ Α Ρ Ι Δ Η	δα . . . τῶν προέδρων ἐπεψήφι)ζεν Χαρίδη-
Ο Σ Α Λ Α Ι Ε	μος) . . . . ος Ἁλαιε-
Σ Φ Ρ Ε Α Ρ	ύς) . . . . ς Φρεάρ-
Α Δ Η Σ Ξ	ριος) . . . . άδης Ξ-
Σ Α Λ Λ	υπεταιών).
Ε Ρ Π	
Ο	

Fragmentum populisciti aetomate superatum.

61.

Ω Ι Γ Ρ Ε	
Ο Ι Σ Α Π Ω Σ	*οἷς ἄ(ν) ὦσ(ι*
Ι Η Σ Ε Ω Σ Τ Ο	. . *ησεως το* . .
Τ Η Σ Α Ν Α Γ Ο	*τῆς ἀναγο(ρεύσεως τοῦ στεφάνου*
Τ Ε Ι Δ Ι Ο Ι Κ	*τοὺς ἐπὶ) τῇ διοικ(ήσει*
Σ Ι Α Τ Ο Ν Γ Ο	. . .
Θ Ι Ν Ε Ι · Κ Α Ι	. .
Α Ν Α Γ Ρ Α Φ Σ	*ἀναγράψ(αι*
Τ Ο Υ Δ Η Μ Ο Υ	*τοῦ δήμου*
Ψ Η Φ Ι Σ Μ Α Τ	*ψηφίσματ(α.*

Fragmentum tam exiguum, ut quivis restituendi conatus lusus videatur.

62.

Α Ι Α Θ Η . . . Ω Ν Τ Ο Υ	*κ)αὶ Ἀθη(ναί)ων τού(ς ἀφικομένους ?*
Τ Ε Λ Ε Υ Τ Η Σ Α Ν Τ	*τελευτήσαντ*
Τ Ω Ν Δ Ι Α Τ Ε Λ Ε Ι Ο Γ Ω	*πάν)των ? διατέλει ὅπω(ς*
Γ Ο Λ Ι Ν Ε Λ Ε Υ Θ Ε Ρ Α Ν Κ Α	*τὴν) πόλιν ἐλευθέραν κα* . .
Μ Ο Κ Ρ Α Τ Ι Α Ν Ω Ν Ε Ν Τ Ε Ι	*δη)μοκρατίαν ὧν ἐν τῇ*
Ι Μ Ε Γ Ι Σ Τ Ε Ι Δ Ε Α Φ Ο Υ Κ Α Τ Ε	*ι, μεγίστῃ δὲ ἀφ' οὗ κατε* . .
Ε Λ Ε Ι Σ Υ Ν Α Γ Ω Ν Ι Σ Ζ Ο Μ Ε	. . *έλει συναγωνιζόμε* . .
Ε Ι Α Ι Σ Τ Α Ι Σ Α Φ Ι Κ Ν Ο Υ Μ	. . *είαις ταῖς ἀφικνουμ* . .
Τ Ο Ν Β Α Σ Ι Λ Ε Ι Α Ε Τ Ι Δ Ε Κ Α Ι	*τὸν βασιλεία, ἔτι δὲ καὶ (. . εἰς τὴν πατρί-*
Δ Α Α Ν Η Ρ Α Τ Α Θ Ο Σ Κ Α Ι Κ Α Τ	*δα ἀνὴρ ἀ(γ)αθὸς καὶ κατ* . .
Ν Α Θ Η Μ Α Τ Α Γ Λ Ε Ο Ν Η	. *ἀ)ναθήματα πλέον ἢ*
Δ Ε Κ Α Ι Σ Υ Ν Ο Δ Ο Ν	*δὲ καὶ σύνοδον.*

Laudatur hoc decreto civis quidam Atheniensis, apud regem Macedoniæ, ut videtur, degens, quia libertatem civitatis et democratiam semper vindicaverit legatisque ad regem missis subvenerit; nam v. 7 sqq. hæc fere scripta fuisse arbitror: *διατ)έλει συναγωνιζόμε(νος ταῖς πρεσβ)είαις ταῖς ἀφικνουμ(έναις πρὸς) τὸν βασιλέα.* Similia quædam merita in exiguo fragmento Ἐφημ. ἀρχαιολ. n. 56 prædicari videntur. Noster autem homo etiam munificentia civibus gratus fuit, nam et magnam donariorum vim dedicasse — v. 10 *δαπανήσας εἰς ἀ)ναθήματα πλέον ἢ* . . — et in Bacchicorum artificum collegium s. *σύνοδον*, de quo vid. supra ad n. 15, liberalis fuisse videtur.

Scripturam quod attinet, diphthongus *ῃ* adhuc EI scribitur. V. 7 *ἀγωνισζόμενος* et v. 9 *βασιλεία* pro *ἀγωνιζόμενος* et *βασιλέα* non dialecti, sed negligentiæ vitia videntur.

63.

. . . . . . ΙΣΥ	*ισυ*
. . . . . ΔΗΜΟ	*δήμο*
. . ΙΑΤΟΥΛΑ	*. ιατου λα*
. . ΕΡΩΝΟΝΤΕΣ	*. ερων ὄντες*
. . ΙΝΚΑΙΟΔΗΜΟ	*. ιν καὶ ὁ δῆμο(ς*
. . ΠΡΕΣΒΕΙΑΝΑ	*πρεςβείαν α*
. ΙΤΟΙΣΕΥΕΡΓΕΤ	*. ι τοῖς εὐεργέτ(αις*
. ΕΙΑΣΠΑΡΕΣΧΗ	*ὠφελ)είας? παρέσχη(κεν*
. ΝΚΥΡΙΑΙΑΙΔΩΡ	*ὦσι)ν? κύριαι αἱ δωρ(έαι ?*
. ΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙΑΕ	*ἀ)γαθῇ τύχῃ δε(δόχθαι τῷ δήμῳ*
. ΛΗΙΤΟΥΣΠΡΟΣ	*. ῃ τοὺς προσ . .*
ΑΝΛΑΣΩΣΙΝΠΡΟ	*. . . . ωσιν προ . .*
ΤΗΝΕΚΚΛΗΣΙΑΝ	*τὴν ἐκκλησίαν*
ΠΕΡΙΤΟΥΤΩΝΓ	*περὶ τούτων γ . .*
ΑΛΕΣΘΑΙΤΗΣ	*. αλέσθαι τῆς*
ΔΗΜΟΝΟΤΙΑ	*δῆμον ὅτι α .*
ΑΙΝΕΣΑΙΜ	*ἐπ)αινέσαι Μ . . .*
ΤΟΥΠΑΡΙΑ	*. του Παρια(νόν*
ΝΑΥΤΟΥΣΤΕ	*ν αὐτούς τε .*
ΠΑΡΙΑΝΟΝΚ	*Παριανόν κ .*
ΔΟΤΟΥΟΛΥΝ	*. δότου Ὀλύν(θιον ?*
. ΟΑΡΟΜΟΥ	*. . .*

Exiguum sane fragmentum decreti reliquuum est, quo M... quidam, ...ti filius, Parianus propter operam in legatione præstitam laudatur.

64.

ΣΟΥΕΚΑΣΤ
ΤΩΝΑΓΟΔΡΑΝΤΩΝ
ΕΣΤΕΙΛΕΝΤΩΙΚΥΡΙ
ΑΜΕΝΟΣΕΙΣΤΑΥΤΑ ΩΣΑΥΤΩΣΔΕΚΑΙ
ΡΟΥΝΤΟΣΑΓΟΔΡΑΝΤΩΝΑΥΤΟΥΔΥΕΙ[Ν].ΩΝ
ΥΝΕΣΚΕΥΑΣΜΕΝΩΝΑΡΓΥΡΩΜΑΤΑΤΕΚΑΙΤΟ
ΟΥΣΗΣΤΗΣΑΓΟΔΗΜΙΑΣΕΙΣΤΕΤΗΝΕΑΥΤΟΥ
ΓΑΙΔΑΣΤΕΣΥΝΑΓΕΣΤΕΙΛΕΝΓΑΡΕΑΥΤΟΥ[Κ]
ΟΣΟΥΧΡΕΙΑΝΕΙΧΕΝΚΑΙΚΑΤΕΣΤΗΣΕΝΕΙ

Υ Σ Τ Ε Ρ Ο Ν Τ Ο Υ Σ Γ Α Ι Δ Α Σ Α Ν Α Ξ Η Τ Η Σ Α Σ
Ι Ο Υ Τ Ε Ν Α Υ Λ Ο Ν Ο Υ Τ Ε Α Ν Α Λ Ω Μ Α Ο Υ Ο
Α Ι Γ Ε Ρ Ι Γ Α Ν Τ Ω Ν Ω Ν Γ Ε Γ Ο Ν Ε
Γ Ρ Ο Σ Τ Η Ν Β Ο Υ Λ Η Ν   Ε Γ Α
Σ Ι Μ Ο Σ Ε Σ Ε Σ Ο Α Ι Τ Η
Τ Ο Ν Γ Α Ρ Α Σ Κ Ε
Ι Γ Ρ Ο Ο Υ

σου ἑκαστ . .
τῶν ἀποδράντων . .
ἔστειλεν τῷ κυρί(ῳ . .
. . άμενος εἰς ταῦτα, ὡσαύτως δὲ καὶ . .
. ροῦντος, ἀποδράντων αὐτοῦ δυεῖ(ν τ)ῶν . .
σ)υνεσκευασμένων ἀργυρώματά τε καὶ τὸ . .
. ούσης τῆς ἀποδημίας, εἴς τε τὴν ἑαυτοῦ . .
παῖδάς τε συναπέστειλεν παρ' ἑαυτοῦ (καὶ . .
ὅσου χρείαν εἶχεν, καὶ κατέστησεν εἰ(ς . .
ὕστερον τοὺς παῖδας ἀναζητήσας . .
ι οὔτε ναῦλον οὔτε ἀνάλωμα οὐ(θέν . .
. αι περὶ πάντων ὧν γέγονε . .
. πρὸς τὴν βουλήν, ἐπα)ινέσαι . .
χρή)σιμος ? ἔσεσθαι τῇ(ι . .
. τὸν παρασκε(υάσαντα
. . προθύ(μως ?

Parvis hæc tabula literis, sed accurate *στοιχηδὸν* positis scripta est; illud autem notandum, ubi nova sententia incipiat, unius literæ spatium hiare, ut v. 4 ante *ὡσαύτως δὲ καί*, v. 13 ante *ἐπαινέσαι*. Idem supra vidimus n 57, v. 4: *ἔδοξεν τῷ δήμῳ, Φιλέας εἶπεν.* Minus placet, ubi post verba illa, *τῶν προέδρων ἐπεψήφιζεν,* ante ipsius proedri nomen, quo magis in oculos incurrat, literæ spatium vacat, ut 55, 6 et 59, 5. Conf. tabul. rei nauticæ I, b, 11: *ἀνεπικλήρωτος, αὕτη·* quibus in tabulis ubi novus locus incipit, sæpe unius aut plurium versuum spatium vacat.

Laudatur vir quidam propter officia in fugitivis investigandis et reducendis præstita. Semel iam fugitivos domino remiserat, sumptusque in eam rem fecerat, v. 4: *δαπανησ)άμενος? εἰς ταῦτα.* Idem iterum fecerat, quum absente domino duo servi arreptis vasis argenteis aliisque aufugissent, ut fugitivos suorum servorum opera investigaret, inventosque domino remitteret, neque naulo neque ulli sumptui parcens.

65.

Ι Φ Ι Λ Ο	*Δ)ιφιλο(ς ?*
Κ Ι Ͱ Ι Α Δ Ο Υ	*. . ιάδου*
Ν Θ Η Ρ Α Ι Ο Ν Κ	*ν Θηραῖον κ*
Τ Α Ε Μ Ε Ρ Ι Σ Ε	*. . τα ἐμέρισε*
Υ Σ Ι Α Ν Τ Η Ν	*τὴν ϑ)υσίαν τὴν*
Χ Μ Α Σ Α Γ Ω Σ Α	*δρα)χμὰς απωσα . .*
Τ Ο Υ Σ Γ Ε Ρ Ι Γ Λ	*τοὺς περιπλ . .*
Θ Ε Ο Υ Σ Ε Υ Σ Ε Β	*ϑεοὺς εὐσεβ(εια .*
Α Θ Η Ν Α Σ Τ Η	*Ἀϑηνᾶς τη .*
Β Α Τ Η Θ Ε Ν C	*Βατῆϑεν*
Σ Τ Ε Φ Α Ν	*στεφαν .*
Γ Α Ι Ν Ε Ι	*ἐ)παινέ(σαι*
Θ Υ Κ Ρ	. . .

Atheniensis aliquis *Βατῆϑεν* propter pietatem erga Deos, præcipue erga Minervam, in cuius sacra sumptus fecerat, 'coronatur et laudatur.

66.

Ε Κ Τ Ω Ν Ι Δ	*ἐκ τῶν ἰδ(ίων*
Ο Ν Κ Α Ι Τ Ρ Ι Χ	*ον καὶ τριχ .*
Γ Ι Δ Δ Ι Σ Ε Ι Σ	*. ια δὶς εἰς*
Δ Ι Ω Ν Ε Κ Α Τ Ο Ν	*ἐκ τῶν ἰ)δίων ἑκατον*
Α Ι Ν Η Τ Α Ι Τ Ι Μ	*αινηται τιμ*
Σ Τ Η Ν Ε Ι Σ Γ	*ς τὴν εἰς π*
Η Ν Ι Ε Ρ Ε Ι Α Ν	*τ)ὴν ἱέρειαν*
Α Ν Ω Σ Δ Ι Θ	*στεφ)ανῶσ(α)ι ϑ(άλλου στεφάνῳ*
Η Σ Ε Ι Σ Τ Η Ν	*τ)ῆς εἰς τὴν*
Σ Α Ρ Χ Ε Σ Τ Ρ	*ς Ἀρχεστρ(άτου*
Α Ι Σ Τ Ε Φ Α Ν	*κ)αὶ στεφαν(ῶσαι*
Ε Υ Σ Ε Β Ε Ι Α Σ	*εὐσεβείας (ἕνεκα καὶ προϑυ-*
Μ Ι Α Σ Τ Η Σ Ε	*μίας τῆς ε(ἰς τὴν ϑεὸν, ἐπιμεληϑῆ-*
[Α] Ι Δ Ε Τ Ο Δ	*ν)αι δὲ το(ὺς?*

Fragmentum eiusdem generis. Honores Archestrati filii continuisse videtur.

67.

ΑΠΑΝΓΕΛΛΕΙΟΚΟΣΜΗ	*ἀπαγγέλλει ὁ κοσμη(τὴς*
ΕΡΤΗΣΘΥΣΙΑΣΕΣΕΘΥ .	*ὑπ)ὲρ τῆς θυσίας (ἧ)ς ἔθυ(σεν*
ΣΤΙΑΙΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣ	*τῇ Ἑ)στίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις (θεοῖς*
ΝΑΙΚΩΝΚΑΙΤΩΝΦΙΛΩΝ	*γυ)ναικῶν καὶ τῶν φίλων*
Α ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙΔΕ	*ἀγαθῇ τύχῃ δε(δόχθαι*
ΚΑΣΩΤΗΡΙΑΤΗ	*κα σωτηρια τ(ῇ πόλει*
ΤΟΝΚΟΣΜ	*τὸν κοσμ(ητήν*

Fragmentum decreti in honorem *cosmetæ* cuiusdam, ut videtur, facti. De hoc principe gymnasiorum magistratu vid. Franz Element. Epigraph. p. 255 ad marmor illud Oxoniense (C. I. 270), cuius hoc initium:

Εἰκόνα τήνδε Ποθεῖνος ἐν εὐφήβοισι παλαίστραις
τεύξας κοσμητοῦ θήκατο Νυμφοδότου,

in quo illud monere liceat, *εὐφήβοισι* non *ἐφήβοισι*, sed *εὐήβοισι* intelligendum esse.

68.

Ε Γ Ο Ι Κ Ο Ν	*ἔποικον*
Ε Σ Γ Ο Τ Ι Δ Α Ι Α Ν	*ἐς Ποτίδαιαν.*

69—76.

Ab oriente Athenarum inter arcem et Lycabettum montem, in ea fere regione ubi antiquitus fuit *Cynosarges* gymnasium, Romanorum autem imperatorum tempore *Novæ Athenæ*, quas appellat titulus aquæductus Antonini, in ea, inquam, regione quum novum Regis Græcorum palatium ædificaretur, non pauca antiquitatis vestigia apparuerunt. Magnus sepulcrorum numerus, licet non remotæ antiquitatis, extra urbem hunc locum fuisse ostendit: ibi inventi sunt tituli sepulcrales 70-76. A tergo autem palatii magnifica pavimenta lithostrota, piscina elegantissima, fistulæ aquales, alia extant magnarum ædium indicia, sive balneum publicum fuit, sive quod potius credam, villa quædam suburbana. Ibi Aprili mense 1846 inscriptiones 69 et 70 inventæ sunt. Omnes hodie in hortis Regiis servantur.

69.

_ΔΗΠΡΟΣΟΔΟΝΠΟΙΗ
ΕΡΕΙΧΘΕΙΔΟΣΚΑΙΟΙ/
ΙΔΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΕ
ΣΑΠΟΦΑΙΝΟΥΣΙΝΤΙ
ΥΤΟΕΞΕΑΤΩΝΣΩΚΡ
. ΥΣΙΑΣΤΕΘΥΚΕΝΑΙ
_ΝΙΔΙΩΝΥΠΕΡΤΕΤ
ϽΝΚΑΙΓΥΝΑΙΚΩΝΚΑΡ
_ΜΕΛΗΣΘΑΙΔΕΚΑΙΕ
ϽΝΩΝΚΑΘΗΚΟΝΗΝΚ
ΑΥΤΑΠΑΡΑΚΑΛΟΥΣΙ⁻
ΟΙΣΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙΑΥΤΟ
ΙΝΕΝΟΠΛΩΕΠΙΧΡΥΣ_
ΗΤΥΧΗΔΕΔΟΧΘΑΙΤΗ
ΗΝΣΩΚΡΑΤΟΥΚΗΦΙΣΙΕ
ΘΑΛΛΟΥΣΤΕΦΑΝΩΙ . . Ω
ΤΟΥΣΑΓΑΘΟΥΣΤΩΝΑΝ
ΔΕΚΑΙΤΟΙΣΠΡΥΤΑΝΕΣΙΝ
⁻ΑΣΩΛΙΤΗΝΤΗΣΕΙΚΟΝ
⁻ΟΠΩΕΧΟΥΣΙ
ΟΓΛΟΣΚΑ

Ἐπει)δὴ πρόσοδον ποιη(σαμένων πρὸς τὴν βουλὴν
Ἐρεχθεῖδος καὶ Οἰ(νηΐδος
ιδος, ἄρχοντος Ε
ς ἀποφαίνουσιν τι
ν τὸ ἐξ ἑα(υ)τῶν? Σωκρ(άτην Σωκράτου Κηφισιέα
θ)υσίας τεθυκέναι
ἐκ τῶ)ν ἰδίων, ὑπέρ τε τ .
ον καὶ γυναικῶν κα(ὶ
ἐπιμε)μελῆσθαι δὲ καὶ ε
ον ὧν καθῆκον ἦν κ
αυτα παρακαλοῦσι
οις ποιήσασθαι αὐτο
εἰκόνα χαλκῆ)ν ἐν ὅπλῳ ἐπίχρυσ(ον
ἀγαθ)ῆ τύχῃ δεδόχθαι τῇ (βουλῇ
ἐπαινέσαι Σωκράτ)ην Σωκράτου Κηφισιέ(α
καὶ στεφανῶσαι) θάλλου στεφάνῳ, (ὅπ)ω(ς
τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἀν(δρῶν
δὲ καὶ τοῖς πρυτάνεσιν
ποιήσ)ασθαι τὴν τῆς εἰκόν(ος ἀνάστασιν
ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ? τ)όπω ἔχουσ(α

Quum a dextra et sinistra parte marmoris multa desint, aëtomatis reliquiae supra servatæ hanc quidem in partem nihil desiderari ostendunt. Decretum est Senatus in honorem Socratis cuiusdam Socratis filii Cephisiensis factum, Nanniano illi monumento simillimum, quod est Corp. Inscr. 124, Franz Elem. 71. Illic vero Diognetus ipse senatum adit, *πρόσοδον ποιεῖται πρὸς τὴν βουλήν*, ut imaginis honorem a mercatorum collegio sibi concessum sua auctoritate confirmet, hic non ipse Socrates, sed tribus quæ honori eius favent, Erechtheis, Oeneis et fortasse alia præterea — nam legere possis: *καὶ Κεκροπ)ίδος* — rem ad senatum referunt. Virum indicant munificentia laudabilem, qui ad sacra facienda et spectacula edenda de suo sumptus fecerit; etiam mulierum solennia commemorantur v. 8, ut in simili decreto supra n. 67, v. 4: *γυ)ναικῶν καὶ τῶν φίλων.* Quare a senatu petunt, ut sibi liceat armatam eius statuam ponere auratam — *διὰ τ)αυτα παρακαλοῦσι (τὴν βουλήν, ἐξεῖναι αὐτ)οῖς ποιήσασθαι αὐτο(ῦ εἰκόνα κ. τ. λ.* — senatusque decernit, quod felix faustumque sit, laudandum esse Socratem, coronaque oleagina coronandum, quo omnibus apertum sit, quales honores bonis viris a civitate tribuantur, curam autem imaginis eius statuendæ, prytanibus tradendam esse.

V. 2. *Ερειχθειδος* vitiose scriptum pro *Ἐρεχθηΐδος*. V. 5. *εξεατων* vitium pro *ἐξ ἑαυτῶν* videtur. De formis *Σωκράτην* et *Σωκράτου* cf., si opus sit, supra ad n. 4 A, 47.

70.

ΝΩΝΕΓΩΤΕΘΝΗ	. ων ἐγὼ τέθνη-
ϽΥΣΓΑΙΔΑΣΟΙΜΑΓ	κα . . . . τ)οὺς παῖδας οἱ μα
\ΝΛΑΒΩΕΝΘΑΔΕΛΘ	. . . . ἄ)ν λάβω ἔνθαδ' ἐλθ-
\ΥΤΟΥΣΓΡΑΞΟΜΑΙ	όντα . . . . α)ὐτοὺς πράξομαι.

Inscriptio non plus quam quattuor versus continuit; a dextra parte prope integra est, a sinistra permulta desunt. Execrationum fragmentum videtur, quo poena constituitur, si quis in illum locum ingrediatur.

71.

ΝΑΥΣΙΚΡΑΤΗ	Ναυσικράτη(ς
ΘΟΡΙΚΙΟΣ	Θορίκιος.
. ΟΥΛΑΡΧΙΔΗ	Β)ουλαρχίδη(ς
ΘΙΚΙΟΣ	Θορίκιος.

Cippus duorum habet Thoriciorum nomina, quorum alterum Bularchides nondum in lexicis notatum. In exitu nominum Σ omissum est propter spatii inopiam, ut supra n. 1 Ἀσσκλάπωνο.

72.

Hic titulus et qui sequuntur columellis ex marmore Hymettio inscripti sunt.

ΗΛΙΟΔΩΡΟΣ	Ἡλιόδωρος
ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ	Ἀρτεμιδώρου
ΧΡΗΣΤΟΣ	χρηστός.

73.

ΚΡΑΤΗΣΙΟΝ	Κρατήσιον
ΛΩΤΟΥ	Δ)ιώτου
ΗΡΑΚΛΕ . ΤΙΣ	Ἡρακλε(ω)τίς.

74.

ΔΙΟΝΥΣΙΑ	Διονυσία
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ	Διονυσίου
ΗΡΑΚΛΕΩΤΙΣ	Ἡρακλεωτίς.

75.

ΓΑΡΜΕΝΩΝ	*Παρμένων*
ΑΓΟΛΛΩΝΙΟΥ	*Ἀπολλωνίου*
ΜΑΙΩΤΗΣ	*Μαιώτης.*

76.

ΕΡΑΤΩΝΑΣΣΑ	*Ἐρατώνασσα*
ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ	*Καλλίστου,*
ΦΙΛΟΞΕΝΟΥ	*Φιλοξένου*
ΑΓΡΥΛΗΘΕΝ	*Ἀγρυλῆθεν*
ΓΥΝΗ	*γυνή.*

Ἐρατώνασσα nomen lexicis addendum.

77.

Ad monasterium exauguratum in Hymetto monte, cui nomen *Καισαριανή*, seu vulgari sermone *Συριανή*.

ΟΙϹΙ . . .	. .
ΔΑΔΟΥΧΟι . . .	*δαδούχο(υ*
ΘΕΜΙϹΤΟΚΛΕΟΥϹ . .	*Θεμιστοκλέους*
ΤΗϹΠΡΑΞΑΓΟΡΟΥ Ι .	*τῆς Πραξαγόρου*
. . . ϹΔΑΔΟΥΧΟϹ	. . ς *δαδοῦχος* .
. . . . ΥΚΑΙοΑϹϹΗϹΤΗϹ . .	. . . *ο)υ καὶ (Β)άσσης τῆς* . .
. . . ЄΙΝΟΥ ΙЄΡΟΚΗΡΥΚΟϹ	. . . *εινου ἱεροκήρυκος*
. . . ΛΙϹΤΗ	*Καλ)λίστη.*
ΤΑΥΤΗϹΚΑΙΔΗΜΟϹΤΡΑΤΟΥ	*ταύτης καὶ Δημοστράτου*
. Μ . . ΙΔΟϹΔΑΔΟΥΧΟΥΙΟΥ	. . . *ἴδος δαδούχου (τ)οῦ*, an *(υἱ)οῦ* ?
. . ΑΞΑΓΟΡΗ ΠΡΑΞΑΓΟΡΗϹ	*Πρ)αξαγόρῃ Πραξαγόρης*
. . . ΞЄΝΑΓΟΡΟΥΞЄΝΑΓΟΡΑ	. . . *Ξεναγόρου Ξεναγόρα*
ΙΟΥΤΟΥΚΑΙ . . ΙΠΠΙΔΟϹ	*τ)ούτου καὶ (Φιλ)ιππίδος*
ΙΟΝΥϹΙΑ ΔΙΟΝΥϹΙΑϹ	*Διονυσία Διονυσίας*
. . . . ΤΟΥΗΓΙΟΥ	. . . . *τοῦ Ἡγίου.*
ΞЄΝΑΓΟΡΑϹ	*Ξεναγόρας*
ΞЄΝΑ . . . ΟΥΚΑΙΑΡΙϹΤΟ	*Ξενα(γόρ)ου καὶ Ἀριστο-*
ΦΑΝЄΙΑϹΤΗϹΒΙΚΤΩΡЄΙ	*φανείας τῆς Βικτωρεί-*
ΝΟΥΙЄΡΟΦΑΝΤΗϹ	*νου ἱεροφάντης.*

Catalogus satis recens ministror m opinor, et ministrarum Cereris. Una cum patribus et matribus enumerantur; etiam ubi parens munere aliquo. in mysteriis functus est, diserte additur. Viri nominantur *δᾳδοῦχος* v. 2 et *ἱεροφάντης* 19, mulierum sola nomina propria extant, nec quo munere functæ sint, usquam legitur. Tacent quoque scriptorum testimonia, nisi quod *ἱεροφαντίς* commemoratur in Plutarchi Sulla 13, et in Photii lexico p. 648 ex gente *Φιλλειδῶν ἡ ἱέρεια τῆς Δήμητρος καὶ Κόρης ἡ μυοῦσα τοὺς μύστας ἐν Ἐλευσῖνι.*

Appendix

de

tabulis rei nauticæ Atheniensium, quas edidit Augustus Boeckhius in libro qui inscribitur *Urkunden über das Seewesen des Attischen Staates.*

Quum per hos ultimos annos novis quotidie ex terræ gremio divitiis emergentibus tanta epigraphices studium incrementa ceperit, inter maxima prope maximum extitit illa marmorum copia, quæ Piræei annis 1834—35 inventa est. Quibus a Ludovico Rossio descriptis, admirabili autem Boeckhii doctrina studio acumine explicatis et in ordinem redactis, tabularium ipsum navale Atheniensium nobis patefactum videbatur. Hinc de publica rei nauticæ ordinandæ ratione, de præfectis navalium et trierarchis, de pecuniis ad has res expensis similibusque edocti sumus; hinc magnitudo classis, quot quoque tempore domi forisque naves fuerint, quibus temporibus naves triremibus maiores usurpari coeptæ sint, hinc species ipsa antiquarum navium, navaliumque ratio et varia quæ in portubus fuerunt ædificia*) accuratius cognita sunt; quumque iam aperte scriptum legeretur, quinam tres illi essent portus clausi Piræei, de quibus usque ad hunc diem varii errores vagati erant, Ulrichs Piræei topographiam ita constituere potuit, ut nisi in levissimis rebus nulla dubitatio relicta sit**).

---

*) Horum nobilissimum fuit Philonis armamentarium, quod iure statuunt in meridionali parte maioris portus fuisse, eo ipso in loco ubi hæc marmora inventa sunt, quamquam etiamnunc Germani Leakinaæ topographiæ editores p. 286 sq. non in ipsa Piræei urbe, sed in Eetionea fuisse contendunt. Etenim et *σκευοθήκην* ab *ὁπλοθήκῃ* diversam putant, quasi non *ὅπλα* navium *σκεύη* sint, et turres illas rotundas, quæ hodie in Eetionea extant, propter structuræ genus ad Philonis tempora pertinere volunt; quasi non hunc ipsum murum iam Thucydides VIII, 90 *τὸ παλαιόν* appellaverit *τὸ πρότερον ὑπάρχον τεῖχος τὸ πρὸς ἤπειρον*, ut saltem ante annum 411 ædificatum esse constet. Structuræ autem genus quadrati illud quidem operis est, sed impari ordinum sive choriorum crassitudine, quale pseudisodomon appellat Vitruvius II, 8, 6; cuius elegantiæ exempla præter hunc murum duo Athenis extant, Ptolemæi quæ putantur gymnasii reliquiæ (v. Dodwell. Classical tour I. p. 371), et fundamentum statuæ M. Agrippæ, ut per quattuor minimum sæcula manserit hæc ædificandi ratio.

**) In libello qui inscribitur *οἱ λιμένες καὶ τὰ μακρὰ τείχη τῶν Ἀθηνῶν. Ἀθην.* 1843.

Hæc ego insignia monumenta, quum Athenis versarer, in Theseo vidi, parca sæpe diei luce illustrata, pulvere obruta tamque male posita, ut vix ad ea accedi posset. Si tempus otiumque suffecisset, quid mihi gratius fuerat quam integra perlegere, ipsasque antiquorum tabulas nostrorum hominum apographis præferre? Quum vero properato opus esset, eos saltem locos, qui num recte descripti essent Boeckhius dubitaverat, inspicere volui. Quo facto, summum virum non solum semper iure dubitasse cognovi, sed plerumque id ipsum coniectura assecutum esse, quod in marmore scriptum extaret; interdum in longe alias partes vestigia ducebant. Quamquam igitur non magna sunt quæ addere possum, tamen hoc ipsum Boeckhiani libri quasi corollarium edendum putavi.

I.

a, 2 extr. ΓΑΛΤΩ scripsit Rossius, sed clare extat ΓΛΑΤΩ, ut mirum istud nomen *Πάλτων* pro *Πλάτων* neque hoc loco, neque X. d. 110 (p. 384) inferendum sit.

a, 4 extr. IIII Ross., sed extat ΓΗ, quod coniectura dederat Boeckh.: *πη(δάλια.*

a, 60 extr. ΓΑΡΑΘΕ.... ΑΜΦΙ Ross., quare Boeckhius *ταύτην δεῖ παραθε(ῖναι) Ἀμφι* . . scripsit, sed inextricabiles turbas inesse vidit; in lapide extat ΑΝΦΙ, ut sit *παραθε.... αν Φι..*, quod qua ratione supplendum sit, ignorare me fateor.

Ad a, 56 *ζυγίας* ΓΙ, *ἀδόκιμοι* ΓΙΙ, quod Boeckh. p. 118 ΓΙΙ in III mutandum esse suspicatus est, ut universus numerus esset 54, illud animadvertere liceat, nobis unice verum videri quod in lapide scriptum est; nam et III. a. 17 præter 54 quæ extant, aliæ *ἀδόκιμοι* deesse videntur, et navium ipsarum ratione considerata, quum summi ordinis remi, *θρανίτιδες*, numero 62 sint, imi autem ordinis, *θαλάμιαι*, 51, res ipsa postulare videtur, ut medii s. *ζύγιαι* 58 sint.

II.

Catalogus est navium quæ Munychiæ sunt: nam singulis enumeratis navibus, in extremo versu summa omnium computatur: *ἀριθμὸς νεῶν Μουνυχιᾶσιν, numerus navium Munychiæ.* Miro hic errore factum est, ut pro coniectura venditetur, quod perspicue in lapide scriptum est*). Nam

*) Idem accidit in nobilissima illa inscriptione de munimentis Athenarum reficiendis, quam edid. C. O. Müller in Comment. Soc. Gotting. VIII, 1841, Franz in Bullettino dell' instituto de corrispondenza archeologica 1835, de cuius ætate dubitatum est, quia Habronis Lycurgi filii nomen coniecturæ deberi putabatur: equidem Athenis monumentum inspexi, titulumque vidi, si quem alium clare præscriptum v. 36 sq. (*Ἐπὶ ἄρχοντος Κτησι)κλέους ἐκ Κηδῶν καὶ Αὐτολύκου ἐ(ξ Ο)ἴο(υ γραμματεύοντος) . . . οἱ πωληταὶ καὶ ὁ ἐπὶ τῇ διοικήσει Λυκοῦργος Βουτάδης*, ut iam pro certo affirmare possimus, anni 334 hanc tabulam esse.

Item in inscriptione Propylæorum n. 1705, quam edidit Rangabé Antiquités Helléniques I. n. 88, v. 7 expresse legitur ΤΟΧΣΥΛΟΝΤΟΛΟΛΛΥΛΟΝ, i. e. *τὸ ξύλον τὸ γογγυλόν*, quod pro sua coniectura edidit V. D. aliosque in eum errorem induxit, ut *γαυλὸν* pro *γογγυλὸν* legere mallent.

Rossius sic ait esse scriptum: ΑΡΙΘΜΟΣΝΕΩΝΜ, nec post Μ quidquam extare (p. 277), id quod falsum est, quoniam ΜΟΥΝΥΧΙΑΣΙΝ plene scriptum legitur. Itaque vir doctus suis ipse notis male intellectis compendium scripturæ pro scriptura cepisse videtur, quumque post Μ nihil extare diceret, post *Μουνυχιᾶσιν* dicere voluisse. Hoc enim verum est, deesse numerum ipsum, computationemque summæ indicatam esse, sed non factam. — Quantus autem hic numerus fuerit, nos coniectura tantum quærere possumus. Boeckhius p. 279 putat 106 fuisse, vereque ait, nihil obstare quod navalia Munychiæ modo 82 sint, non solum quia nonnullæ naves sub divo fuerunt, *ὑπαίθριοι*, sed etiam quia idem navale binas naves capere poterat, ut Syracusana illa Dionysii, de quibus Diodorus XIV, 42: *ᾠκοδόμει δὲ καὶ νεωσοίκους πολυτελεῖς κύκλῳ τοῦ νῦν καλουμένου λιμένος ρξ' τοὺς πλείστους δύο ναῦς δεχομένους.*

V. 58 ΓΩΓΩΝΗ Ross., Boeckhio suspectum fuit, ut *Πωτωνή* emendaret, id quod ipso monumento confirmatur.

III.

Hic quoque insignis Rossii error notandus est. Nam quod Pentelicum non Hymettium marmor esse ait, nec Piræei sed Athenis in arce inventum, illud omnino falsum est, nam lividus et Hymettius est hic lapis æque ac ceteri, nec sane equidem aliam agnovi scriptoris manum. Quare quum neque externa species, neque argumentum quidquam a ceteris differat, etiam de illo valde dubitandum esse apparet, num diverso in loco inventus sit.

a, 5 ΤΡΟΓΑΙ . . ΑΛ R., unde B. *Τροπαί(α π)αλ(αία*; extat ΤΡΟΓΑΙΑΓΑΛ.

a, 12 init. ΑΟΙΑ R., quod B. variis modis tentavit, cui *'Ανδραγ)αθία* aut *'Αφροδισία* placuit. Extat ΝΟΙΑ, i. e. *Πρό)νοια* aut *'Ομό)νοια.* — Mox ΘΗΡΑΙΟΙ apertissime scriptum, nec video, cur in ΘΗΒΑΙΟΙ mutandum sit.

IV.

a. 63 ΝΙΜΥΑΝΤΕΣΙ R. Equidem legi ΜΑΝΤΕΣΙΙ. B. totum locum sic scribit: *(τοπείων ἀριθμὸς ἐπὶ ναῦς)* ΗΡΔΔΔΓΙΙ *(καὶ ἄγκοινα)* I, *(ἱμ)άντες* I, *(πόδες)* . ., *ὑπέραι* II, *(χαλινό)ς* I, *κ(ά)λως* ΓΙΙΙ. In quo primum *ἱμάντες* II scribendum; tum illud mirandum, cur post rudentes navium 187 unius navis addantur rudentes integri, nam quid aliud est *ἄγκοινα* I, *ἱμάντες* II, *πόδες* (II), *ὑπέραι* II, *χαλινός* I? Immo indicatur, quæ sint *τοπεῖα,* quibusque partibus constent, ut XI, a. 160 et 195: *τοπεῖα ἐπὶ τετρήρεις* ΓΙ, *ἑκάστης καλῳδίων μηρύματα* ΔΓΙΙΙ, *ἱμάντας* II, *ἄγκοιναν διπλῆν, πόδας* II, *ὑπέρας* II, *χαλινόν.* Quare hic locus sic scribendus:

(Τοπείων ἀριθμὸς
ἐπὶ ναῦς) ΗΡΔΔΔΓΙΙ,
ἑκάστης ἱ)μάντες II,
πόδες II), *ὑπέραι* II,
χαλινό)ς I, *κάλως* ΓΙΙΙ.

c, 70 et 73. Nomina *Ἡδεῖα* et *Ἀγλαΐα* incertissima sunt. Literas parum conspicuas Rossius ΗΛΓΙ et ΑΙΓΛΛΙ legit, ego ΝΛΕΙΔ et ΛΙΚΛΛ. Priore loco *Ἠλεία* legerim, non solum quia Λ certum videtur, sed etiam quia offendit paululum adiectivum positivi gradus *Ἡδεῖα*, non *Ἡδίστη*.

d, 5. ΛΥΡΑΙΙΙ R.; B. *(Λ)ύρᾳ* II scripsit, et extat ΑΥΡΑΙΙΙ.

d, 8. ΓΡΟΝΑΙΑΙΙΙ R. recte, ut repudianda videatur coniectura *Προν(ο)ίᾳ* II.

X.

b, 37. ΕΥΚΩΓΗΝ R. *Εὐ(ρ)ώπην* Boeckhius coni., itaque scriptum est.

c, 90. ΔΗΤΕΦΑΤΗΣ R. *Ἀντιφάτης* coniectura Boeckhii cum vestigiis in lapide apparentibus, ΛΝΠΦΑΤΗΣ, egregie convenit.

e, 30. ΛΑΜ:ΚΑΛ[ΛΙ et 32. ΑΓΟΔΕΔΩΚ[ΑΣΙ R.; sed extat ΛΑΜ:ΡΔΔ: et ΑΓΟΔΕΔΩΚ.., duarum modo literarum spatio patente. Quare sic scribendum:

Ἱερωνύμου Λαμπτρέ(ως)
κληρονόμος
Φιλοκράτης Λαμ(πτρεὺς) ΡΔΔ,
Νικόφημος ἐκ Κερα(μέων)
οὐδὲν ἀποδέδωκ(εν,
Εὐθύδημος Ἐρχ(ιεὺς) ΗΓ.

f, 35. ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ..ΔΩ.. R., *Διονύσιος (Κολ)ω(νῆθεν* B. recte, quoniam extat..ΛΩ..; nec in sequenti versu alius nominis vestigia apparuerunt.

XI.

b, 116. ΚΕΡΑΜΙΔΕΣΕΞ.ΥR., unde B. *κεραμίδες ἓξ (το)ύτων*; sed extat ΚΕΡΑΜΙΔΕΣΓΤΟΥ, i. e. *κεραμίδες πέντε, τούτων*. Universus igitur locus sic scribendus: *παράδειγμα τῶν κεραμίδων τῶν ἐπὶ τὴν σκευοθήκην, παραιετίδες ἡγεμόνες λεοντοκέφαλοι* II, *ἕτεραι (ἡγε)μόνες λεοντοκέφ(αλοι* II) *καὶ καλυπτὴρ ἀνθεμωτός, ἕτεραι κεραμίδες* Γ, *τούτων ἔχουσαι τὸν (κα)λυπτῆρα ἡγεμόνες* I(I), *καλυπτῆρες ἀνθεμωτοὶ* II. Satis nota sunt tecta antiquorum tegulis et imbricibus, *κεραμίσιν* et *καλυπτῆρσι* composita; ut uno exemplo defungar, videatur Campana *Antiche opere in plastica*, tav. VI. Itaque *καλυπτῆρες ἀνθεμωτοὶ* sunt *imbrices extremi*, quos vulgo frontales dicunt, vulgari more floribus ornati, *κεραμίδες ἡγεμόνες λεοντοκέφαλοι* sunt *tegulæ extremæ* leoninis oribus aquam emittentes; *παραιετίδες* autem rectissime Boeckhius eas esse intellexit, quæ *παρὰ τὸν αἰετόν*, sive *iuxta fastigium* sunt, quarum egregium in ipso Parthenone hodie extat exemplum. *Ἡγεμόνες* leguntur etiam in inscr. de munimentis Athenarum v. 69 sqq.: *καὶ κεραμώσει Λακωνικῷ κεράμῳ τοῦ μὲν κύκλου τὴν πᾶσαν πάροδον, τῶν δὲ μακρῶν τειχῶν τὰς ἡγεμόνας, οὐ μὴ εἰσιν κείμεναι, τιθεὶς ὅλας ἐν πηλῷ ὀρθὰ παρὰ πλευράν*, non quin parodo etiam suæ forent *ἡγεμόνες*, sed parodos omnino nullum dum tectum habebat, longi muri præter extremarum tegularum nonnullas cetera tecti erant. Quum

singuli imbrices duarum tegularum iuncturæ superimponantur, duabus tegulis suus imbrex esse dici potest; tres tegulæ quomodo unum imbricem habere possint, non intelligo; ideo v. 118 scripsi: *ἔχουσαι τὸν καλυπτῆρα ἡγεμόνες* I(I), non I(II), et 115: *ἡγεμόνες λεοντοκέφ(αλοι* II) *καὶ καλυπτὴρ ἀνθεμωτός*.

XIIII.

Tabula ex multis fragmentis composita, quorum unum, a. 7—17, hodie periisse videtur. Incipit

. . . . O

. . . . Λ Ε

. . . . Ρ Α

quorum duos priores versus R. non notavit. — Post v. 88 decem fere versus desiderantur, nisi quod in exitu secundi extat ΗΣ. Post v. 116 lacuna æque magna; in exitu secundi versus extat ΟΣ. Post v. 128 unius versus spatium vacat. — V. 140 ΑΙΞΩΝ R., *Αἰξωνεῖ* B., id quod extat.

b. Quum inscr. XIII tabulæ sint magistratuum anni 326, Chremete archonte, inscr. XIV autem tabulæ magistratuum anni 325, Anticle archonte, utrasque inter se congruere debere apparet ut quæ in illis tradita, in his recepta legantur. Sed non congruunt, nec summa fides magistratuum fuit; nam quædam se tradidisse scripserunt quæ non tradidissent; id quod de sequentis anni magistratibus aperte scribitur XV—XVI, b, 165: *τάδε ὀφείλουσιν οἱ τῶν νεωρίων ἐπιμεληταὶ οἱ ἐπ' Ἀντικλέους ἄρχοντος καὶ ὁ γραμματεὺς αὐτῶν, τῶν σκευῶν ὧν γράψαντες εἰς τὴν στήλην οὐ παρέδοσαν ὄντα ἐν τοῖς νεωρίοις*. Quare si quid deest, non scribæ, sed magistratus ipsi accusandi sunt. Remi desiderantur 70, gubernacula trium navium; scalarum numeri congruunt, contorum itidem, nam et traditi et recepti 248 navium, non 249 (XIII, b, 41 et XIV, b, 81); mali deficiunt duarum navium, antennæ fortasse unius, vela tenuia quattuor, rudentes unius navis, nam traduntur 282 (XIII, b, 115), recipiuntur 281 (XIV, b, 150); funes s. *σχοίνια* congruunt navium 131, non 130 (XIII, b, 169 et XIV, b, 196).

b, 79 ΔΔΔΔ R.; extat ΔΔΔΔΙ.

b, 128. *παραρύματα τρίχινα* miramur quod traduntur 155, recipiuntur 255 navium; nam sic extat XIV, b, 159; quin etiam utrumque bis ponitur, ut de scripturæ veritate dubitari nequeat.

b, 156. ΝΑΥΣ.ΑΙ R.; *ναῦς* :ΔΙ B., id quod extat.

b, 169. extat ΣΧΟΙΝΙΑΕΓΙΝΑΥΣ:ΗΔΔΔΙ.

c, 68. *ταύτης κατέβαλεν τὸ ἁπλοῦν ἀποδέκταις τοῖς ἐπὶ Χρέμητος ἄρχοντος* [Ⓟ]. Numerus, quem coniectura addidit Boeckhius, in monumento ipso non fuit, ac quamvis vulgo addi soleat, nescio tamen an omitti possit, præcedente illo *τὸ ἁπλοῦν*, nam simplicem trierarchiæ sumptum IↃↃ drachmarum esse constabat.

c, 78. ⓅΗΗΗΗΓΙΙ... R.; extat ⓅΗΗΗΗⓅ:ΚΑΙ, quo Boeckhius coniectura pervenerat.

d, 37. ΕΓΑΡΕΔΟΜΕΝ R.; *παρέδομεν* B., quod extat. Numerus ex XIV, d, 89 suppleatur, ut sit: *τετρήρεις δὲ ἐμ μὲν τοῖς νεωρίοις παρέδομεν* (ΔΔΔΔΙΙΙ), *ἐμ πλῷ δὲ* ΓΙΙ.

d, 81. Post *Θορίκιος*, Boeckhius rectissime animadvertit, desiderari *ἱστοὺς* ΓΠ, nec tamen addere ausus est, quia spatium deesse visum est. Sed non deest, immo extat etiam prima litera ΘΟΡΙΚ:Ι . . .

XIV.

Hæc tabula negligentius quam ceteræ scripta est, nec raro alterum videmus a priore manu profectum, alterum postea errore animadverso suprascriptum. Ita a, 10 prius scriptum fuit

ΜΑΣΤΑΕΝΤΕΛΗΚΑΙΕ
ΤΕΡΑΥΓΟΞΩΜΑΤΑΕΛΑ,

quum vero scriba animadvertisset, post *ἐντελῆ* se omisisse verba *ἱστίον τῶν λεπτῶν*, hæc addidit, sed quia spatio caruit, delevit literas ΚΑΙΕ, quarum exigua hodie vestigia spectantur. — Similis litura est in vers. 60, ubi prius scriptum erat *παρέδωκαν Μιλτιάδῃ Λακιάδῃ*, post emendatum *παρέλαβεν Μιλτιάδης Λακιάδης*. Idem v. 110 factum est. Etiam v. 87 et 145 prius scripsit *παρέδωκαν Μιλτιάδῃ Λακιάδῃ*, post dativum in nominativum mutavit, verbum intactum reliquit, ut mira illa legantur *παρέδωκαν Μιλτιάδης Λακιάδης*.

a, 212—13. Rectissime Boeckhius: *(πλ)ηρῶσαι δικαστήρια εἰς (ἕν)α καὶ διακοσίους*, nec plurium literarum spatium est

. . ΗΡΩΣΑΙΔΙΚΑΣΤΗΡΙΑΕΙΣ
. . ΑΚΑΙΔΙΑΚΟΣΙΟΥΣΤΩΙ

a, 230 sq. *καὶ οἱ ἔποι(κοι ἔχ)ωσιν χρῆσθαι οἰκεί(ῳ καὶ Ἀτ)τικῷ, καὶ τῶν Ἑλ(λήνων κ)αὶ βαρβάρων οἱ (πλέοντες εἰ)ς τὴν θάλατταν (μετ' ἀσφαλείας ε)ἰςπλέωσιν εἰ(ς αὐτήν.* Sic Boeckhius; sed non me solum illo *οἰκείῳ καὶ Ἀττικῷ* offendi arbitror, nec literarum numeri congruunt. En lapidis scripturam et quomodo nobis legendum videatur:

ΚΑΙΟΙΕΓΟΙ	*καὶ οἱ ἔποι-*
230 . . . . . ΩΣΙΝΧΡΗΣΘΑΙΟΙΚΕΙ	*κοι ἔχ)ωσιν χρῆσθαι οἰκεί-*
. . . . . ΤΙΚΩΙΚΑΙΤΩΝΕΛ	*ῳ ναυ)τικῷ, καὶ τῶν Ἑλ-*
. . . . . . ΑΙΒΑΡΒΑΡΩΝΟΙ	*λήνων κ)αὶ βαρβάρων οἱ*
. . . . ΣΤΗΝΘΑΛΑΤΤΑΝ	*πλέοντε)ς τὴν θάλατταν*
. . . . ΙΣΓΛΕΩΣΙΝΕΙ.	*ἀσφαλῶς ε)ἰςπλέωσιν.*

b, 65. ΗΗΡΙΙΙΙ R. recte.

b, 81. ΗΗΔΔΔΔΓΙΙΙΙ R.; extat ΗΗΔΔΔΔΓΙΙΙ, ut XIII, b, 41 nihil mutandum sit.

b, 85. ΔΔΔΓΙΙ R.; extat ΔΔΔΓΙΙΙ, ut conti recepti sint navium 248, traditi 238. Atque sic ratio constat; nam Miltiadi non est dubium quin decem naves armatæ sint, longæ octo, *ἱππηγοί* duo; comparatis enim receptorum et traditorum numeris, decem desiderantur navium remi (v. 50), decem scalæ (71), totidem conti (80), mali (88), antennæ (93), vela (137), rudentes (149), *παραρύματα τρίχινα* et *λευκά* (158 et 169), *σχοίνια* (195), ancoræ (214); præter has triacontori quattuor (100) et quadriremis una (105) emissæ sunt.

b, 98. ΗΗΔΔΙΙ R.; ΗΗΔΓΙΙ B., quod extat.

b, 109. ΤΕΤΡΗΡΗ:Ι R.; extat ΤΕΤΡΗΡΗΙΣΔΔΔΔ, quod iam Boeckhius postulaverat. Ceterum ΔΔΔΔΙ scribere malim, ne, ceteris cum XIII, b, 75 sqq. congruentibus, hoc unum repugnet.

b, 134. R. ΚΑΙ, ego vidi ΚΑΙ
ΤΟΝ:Ι ΤΟϽ.Ι
ΙΙ ΙΙ

b, 140. *λεπτὰ* 𐅄ΔΓΙΙΙ ex emendatione est, quum prius scriptum fuerit 𐅄ΔΔΙΙΙ. Scriba hic errorem correxit, sed in v. 144 reliquit 𐅄ΔΔΙ, quod iam Boeckhius in 𐅄ΔΓΙ mutandum esse viderat. Vela edita sunt tenuia navium duarum, vulgaria octo, ut summa sit decem.

b, 148. ΤΟΓΕΑΕΓΙΝΑΥΣ:ΗΗ𐅄ΔΔΔΙ R. recte. — 153 ΗΗ𐅄ΔΔΙΙΙ R. et B., idque prius posuerat scriba, sed duo ultima ΙΙ ipse delevit; quare legendum ΗΗ𐅄ΔΔΙ, et ut in ceteris, ita rudentes deficiunt decem navium.

b, 159. ΗΗ𐅄ΔΓ R. falso; extat ΗΗ𐅄Γ.

b, 192. :Γ: R.; Η Boeckhius coni., itaque extat.

b, 193. ΓΑΡΕΛΑΒΟΜΕΝ R.; *παρέδομεν* B., itaque extat.

b, 196. ΗΔΔΔ R.; extat ΗΔΔΔΙ.

b, 208. ΗΔΔΙΙΙ R.; ac videtur sane scriba prius hoc posuisse, sed postea duo ultima ΙΙ accuratissime delevit; extat ΗΔΔΙ, et ratio constat. — Idem factum est 215, ubi R. priorem scripturam dedit ΗΗΗΔΔΔ, nec animadvertit, ultimum Δ studiose deletum esse; scribendum ΗΗΗΔΔ, et ratio constat.

c, 2. ΚΑΙΓΑΡΕΛΑΒΟΜΕΝ R., falso; extat ΚΑΙΑΓ... ΒΟΜΕΝ, i. e. *καὶ ἀπελάβομεν*, quod coniectura Boeckhius assecutus erat.

c, 67 sqq. mancum est Rossii apographon, neque ea notavit, quæ scriba quum prius omisisset, postea inter versus addidit. Sic scriptum est:

ΝΟΜΟΥ:ΗΗ𐅄ΔΔΔΓ:ΓΑ	*παρὰ Διοτίμου Εὐωνυμέως κληρο-*
ΡΑΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟΥΔΑΙΔΑ	*νόμου* ΗΗ𐅄ΔΔΔΓ, *πα-*
ΗΗΓ⊢	*ρὰ Καλλικράτου Δαιδα(λίδου)* ΗΗ(𐅄)Γ⊢,
ΓΑΡΗΓΗΣΙΓΓΟΣΟΥΝΙ:ΗΗ𐅄Γ⊢	*παρ' Ἡγησίππου Σουνι(έως)* ΗΗ𐅄Γ⊢,
ΓΑΡΑΚΟΝΩΝΟΣΑΝΑ:ΗΗ𐅄ΔΔΔΓ	*παρὰ Κόνωνος Ἀνα(φλυστίου)* ΗΗ𐅄ΔΔΔΓ
ΓΑΡΑΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΥΤΟΥ	

d, 60. Hic quoque Rossius ea omisit, quæ minore scriptura postea addita sunt. Etenim ante *ἀπέφυγον* quadriremis nomen omissum erat, quæ et ipsa tempestatem excusaverat.

ΤΕΤΡΗ·ΑΧΙΛΕΑΑΡΙΣΤΟΚ......ΓΟΝ	*τετρή(ρης) Ἀχιλ(λ)ε(ί)α Ἀριστοκ(λέους ἔρ)γον*
ΗΣΕΤΡΙΗ:ΔΙΑΙΤΟΣΦ	*ἧς ἐτριη(ράρχει) Δίαιτος Φ . . . .*

e, 192. *ἔ(μβολοι) τ(έ)τ(ταρ)ες σταθ(μὸν)* -- ΤΤΤ B.; extat ΤΕΤΤΑΡΕΣΣΤΑΘ... ΤΤΤ, ut nihil desit inter *σταθμὸν* et ΤΤΤ.

XV—XVI.

XVI, a, 88. *σκεύη) ἔχ(ει* B.; ΝΕΧ R.; extat ΗΕΧ. — 90. *Χαιρίων)ος* B.; ΙΟΣ R.; extat ΝΟΣ. — 91. *Κτ)ησίο(ν* B.; ΓΗΣΙΟ R.; extat ΤΗΣΙΟ. — 94. *τριήρ)ων (τ)ῶ(ν* B.; ΩΝΓΩ R.; extat ΩΝΤΩ. — 95. *χειμών)α (ἔδ)(οξαν* B.; ΑΣΑ R.; extat ΟΞΑΣΑ, i. e. *δ)όξασα(ι*, ut hæc quidem non perfecte cum XIV, d, 26 congruant. — 97. *Σαλαμινία) Ἀρχ.* B.; ΔΑΡΧ R.; extat ΑΑΡΧ. — 98. *ἐτριηράρχε)ι (Σ)ώσ(τρατος* B.; ΙΞΩΣ R.; extat ΞΣΩΣ. — 113. *δ)ι(αδ)ε(ξάμενος* B.; ΑΙΛΛΕ R.; ΔΙΑΔΕ. extat. — 116. *ἀπέφυ)γον* B.; ΡΓΟΝ R.; extat ΥΓΟΝ. — 119. *σκεφθεισ)ῶν* B.; ΧΩΝ R.; extat ΣΩΝ.

XVI, b, 8 ΕΛΜΟΥΝΙΧΙΑΙ:ΡΔΔΔ R.; extitisse videbatur ΕΜΜΟΥΝΥΧΙΑΙ:ΡΔΔΔΙΙ:, quod Boeckhius coniectura scripserat.

XVI, b, 86. ΕΜΒΟΛΟΥΣ:Γ1: R. et sic videbatur extitisse.

XVI, b, 171. Numerus ΗΗΗ, de quo dubitavit Boeckhius, re vera extat. Etiam vitiosum illud quod sequitur, *καταβλήματα τρίχινα* pró *παραρύματα*, sic in lapide scriptum est.

XVI, c, 19. Numerus ΧΔΔ certus est, quamvis Boeckhius malit ΧΗΗ.

XVI, c, 46. ΤΡΙΗ.... Α. ¯ΩΝΗΣ legi, i. e., ut opinor, *τριή(ρους) Α(ἰξ)ωνῆς*, quod navis nomen in Boeckhiano catalogo non est.